

Deux Jours des Quatres.

~~M. J. de la Roche~~
~~de la Roche~~

De la Roche

De la Roche

De la Roche

De la Roche

Janeiro

14 nome de Serus	gagá	4 S. Isabel Rainha	137
19 S. Canuto	7	12 S. Joao quaterbo	53
22 S. Raymundo de Pena fort	9	15 S. Henrique Emperador	56
29 S. Fran de Sales	11	31 S. Ignacio de Loyola	57
31 S. P. Xolares	12	3 ^a Dom. d. N. S. C. do Rey	97
8 S. Lourenco Substano	106	9 S. Nicolai de Bari	139
		20 S. Margarita U. S. A.	140

Fevereiro

1 S. Andre Curcio	14
3 S. S. Ludovico	129
7 S. Antonia	129
17 S. Joao de Lilla	164

Março

19 S. Inocent	15
6 S. Coleta	130
8 S. Rosa de Viterbo	130

Abril

5 S. Vicente Ferreira	16
28 Translacao de S. Pedro de Alcantara	131
2 ^a Dom. S. Magdalen	132
ria L. g. do S. g. do S. Paulo de Alcantara	135

Maio

4 S. Thome de Sid.	18
Corona Comini	20
13 S. Leonantis Mart	26
15 S. P. Celestino	29
20 S. Bernardino de Sena	31
21 S. Magda. da Passij	33
22 S. Felippe Neri	34

Junho

S. An	35
-------	----

Julho

12 S. Joao quaterbo	53
15 S. Henrique Emperador	56
31 S. Ignacio de Loyola	57
3 ^a Dom. d. N. S. C. do Rey	97
9 S. Nicolai de Bari	139
20 S. Margarita U. S. A.	140
16 S. N. do Carmo	169

Agosto

7 S. Caetano	59
12 S. Clara	61
23 S. Felippe Beniti	63
30 S. Rosa de Lima	64
31 S. Raymundo Nonnato	66
26 S. Roque	140

Setembro

17 S. nome de Maria	144
18 S. Thome de N. Nova	73
28 S. Luencesia Mart.	74
4 Transl. do S. Interij	144

OFFICIA
SANCTORVM
IN BREVIARIO ROMANO
EX MANDATO SVMMORVM
Pontificum apponenda, tàm de præcepto,
quàm ad libitum recitanda.

ET ALIA, QVÆ IN REGNIS
HISPANIARVM, PORTVGALLIÆQVE,
& alijs locis recitari possunt juxtà Rubricas Breuiarij
Romani ex Decretis Sac. Rit. Congregationis:
Auctoritate superiorũ nouissimè recognita.



VLYSSIPONE.

Excudebat IOANNES A COSTA.

1676
M. D. C. L. X. X. V. I.

Cum facultate Superiorum.

Universidade de Coimbra
Faculdade de Letras



1317777162

Faculdade de Letras de Coimbra
INSTITUTO DE ESTUDOS ROMÂNICOS
Biblioteca de Estudos Românicos
N.º 10.352
9.28/9/82

13/4

CF
F
4
4

DELLICIA
SANTORVM

IN BREVIARIO ROMANO
EX MANDATO SYMMORVM
PONTIFICUM PONTIFICANDI, TAM DE PRECEPTO,
QUAM AD LIBITUM RECHANDA

ET ALIA, QVAE IN REGNIS
HISPANIAE, PORTUGALLIAE, ET
ALII, HIS RECHANDA, PONTIFICANDI, TAM DE PRECEPTO,
QUAM AD LIBITUM RECHANDA



VEYSSIPONE

Ex auctoritate Iohannis a ...

MDCCLXXVI

Amstelredamum

SERIES SANCTORVM
QVOS SVMMI PONTIFICES ALEX-
ander VII. Clemens IX. & X. suis ritibus
decorarunt ab Ecclesia recolendos.

ALEXANDER VII.

S Ancti Francisci Salesij Ep. & Conf. semid. 29. Ianuarij.
S. Alexij Confess. semidup. ad libitum vbique 17. Iulij.
S. Caroli Episcop. & Conf. dup. 4. Nouembris.

CLEMENS IX.

S. Andreae Corfini Episcop. & Conf. semid. ad libitum 4. Februarij.
S. Romualdi Abbatis Duplex. 7. Februarij.
S. Vincentij Ferrerij Conf. sem. ad libitum 5. Aprilis.
S. Monicæ Viduæ semid. 4. Maij.
S. Petri Cælestini Papæ, & Conf. 19. Maij.
S. Philippi Nerij Conf. Duplex 26. Maij.
S. Ignatij Conf. Duplex 31. Iulij.
S. Raymundi Nonnati Conf. semid. ad libitum 31. Augusti.
Impressionis Sacrorum stigmatum S. Francisci sem. 17. Septemb.
S. Thomæ de Villanoua Conf. semid. 18. Septembris.
S. Remigij Ep. & Conf. semid. ad libitum 1. Octobris.
S. Terehię Virg. Duplex 15. Octobris.

CLEMENS X.

S. Canuti Regis, & Mart. semid. ad libitum 19. Ianuarij.
S. Raymundi de Peñafort Conf. semidup. 23. Ianuarij.
S. Petri Nolasco Conf. Duplex 31. Ianuarij.
S. Ioseph Confessoris Duplex 2. class. 19. Martij.
S. Petri Mart. Duplex 29. Aprilis.
S. Catharinæ Senensis Virg. Duplex 30. Aprilis.

S. Venantij Mart. semidup. 18. Maij.
 S. Mariæ Magdalene de Pazzis Virg. sem. 25. Maij.
 S. Norberti Ep. & Conf. Dupl. 6. Iunij.
 S. Margaritæ Reg. Scot. Vid. semidup. ad libitum 10. Iunij.
 S. Antonij de Padua Conf. Dup. 13. Iunij.
 S. Ioannis Gualberti Abbatis semid. ab libitum 12. Iulij.
 S. Henrici Conf. semid. 15. Iulij.
 S. Apollinaris Ep. & Mart. dup. 23. Iulij.
 S. Caietani Conf. semid. 7. Augusti.
 S. Claræ Virg. Duplex 12. Augusti.
 S. Philippi Benitij Conf. semid. 23. Augusti.
 S. Nicolai de Tolentino Conf. Dup. 10. Septembris.
 S. Eustachij, & Sociorum Mart. Dup. 20. Septembris.
 S. Wenceslai Mart. semid. ad libitum 28. Septembris.
 SS. Angelorum Custodum Dupl. 2. Octobris.
 S. Brunonis Conf. Dup. 6. Octobris.
 S. Petri de Alcantara Conf. semid. 19. Octobris.
 S. Elifabeth Vid. Dup. 19. Nouembris.
 S. Cecilie Virg. & Mart. Dup. 22. Nouembris.
 S. Francisci Xauerij Conf. Dup. 3. Decembris.
 S. Nicolai Episcop. & Conf. Dup. 6. Decembris.
 Conceptio Beate V. Mariæ Dup. 2. class. cum oct.
 Beati Pij Quinti Papæ, & Conf. semid. de præcepto Romæ, & alicubi 5. Maij.





KALENDARIVM

SANCTORVM, QVORVM OFFI-
cia de noua concessa in hoc appendice
continentur.

JANUARIUS.

- 8 Sancti Laurentij Iustiniani dup.p.106.
- 14 Sanctissimi Nominis Iesv. Duplex 2.classis, in multis Dioecesibus,
& Religionibus.pag.1.
19 S.Canuti Regis Daniæ Mart.Semid.ad libitum, cum com. SS. Marij,
Marthæ,&c.Mart.pag.7.
23 S.Raymundi de Peñafort Conf.Semid.de præcepto.pag.9.
29 S.Francisci Salesij Episc.& Conf.Semid.pag.11.
31 S.Petri Nolasci Confess.Duplex.pag.12.

FEBRUARIUS.

- 4 Andree Corsini Episc.& Conf.Semid.ad libit.pag.14.

MARTIUS.

- 19 S.Joseph Conf.Duplex 2.class.pag.15.

APRILIS.

- 5 S.Vincentij Ferrer.Confess.Semid.ad libitum.pag.16.

MAIUS.

- 4 S.Monice Viduæ, Semid.pag.18.
4 Coronę D.N.Jesu Christi Duplex,in multis Dioecesibus.pag.20.
18 S.Venantij Mart.Semid.pag.26.
19 S.Petri Cælestini Papæ,& Conf.Semid.pag.29.
- 20 S.Bernardini Senens.Conf.Semid.pag.31.
25 S.Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg.Semid.pag.33.
- 26 S.Philippi Nerij Conf.Duplex.pag.34.

translatio S. Didaci a 2^{fr} post. S. Gra iiii
post pascha, esta iunto a. S. Roza*

JU.

JUNIUS.

- 13 S. Antonij de Padua Conf. Duplex. Cum Octauario. pag. 35.
-

JULIUS.

- 4 S. Elifabeth Viduæ Reginæ Portug. Duplex. pag. 48.
12 S. Joannis Gualberti Abbatis. Semid. ad libitum. pag. 53.
15 S. Henrici Imperatoris Conf. Semid. pag. 56.
— 31 S. Ignatij Conf. Duplex pag. 57.
* In Dominica Tertia Julij Festum Sancti Angeli Custodis Regnis. 97
-

AUGUSTUS.

- 7 S. Caietani Conf. Semid. pag. 59.
— 12 S. Claræ Virg. Duplex pag. 61.
23 S. Philippi Benitij Conf. Semidup. pag. 62.
30 S. Rosæ à Sancta Maria. Duplex pag. 65.
31 S. Raymundi Nonnati Conf. Semid. ad libitum. pag. 66.
-

SEPTEMBER.

- 17 SS. Nominis B. Mariæ Virg. Duplex maius, in aliquibus Dioccesibus,
& Ordinibus. pag. 67.
18 S. Thomæ de Villa Noua Episc. & Conf. Semid. ad libitum. pag. 73.
28 S. Wenceslai Ducis Bohemiæ Mart. Semid. ad libitum. pag. 75.
-

OCTOBER.

- 1 S. Remigij Episc. & Conf. Semid. ad libitum. pag. 76.
* Dominica prima infra Kalendas Octobris Festum Rosarij B. M. V
Duplex maius in aliquibus Dioccesibus, & Ordinibus. pag. 78.
19 S. Petri de Alcantara Conf. Semid. pag. 81.
-

NOVEMBER.

- * Dominica aliqua Nouembris Festum Patrocinij B. Mariæ Virg. Du-
plex maius, in aliquibus Dioccesibus, & Ordinibus. pag. 83.
— 19 S. Elifabeth Reginæ Hungarię Viduæ Duplex. pag. 84.
-

DECEMBER.

- 3 S. Francisci Xauerij Conf. Duplex. pag. 86.
— 8 Conceptio B. Mariæ Virg. Duplex 2. class. cum Octau. pag. 88.
* Sexta feria infra Dominicam Passionis festum Septem Dolorum B. Ma-
rię dup. p. 99.
-

LICEN-



LICENÇAS.

Podese tornar a imprimir o Quaderno dos Sanctos novos, de que se faz menção, & impresso tornarà ao Conselho para se conferir, & se dar licença para correr, & sem ella não correrà. Lisboa 24. de Janeiro de 676.

*Manoel de Magalhaens de Menezes. Manoel Pimentel de Sousa.
Manoel de Moura Manoel. Fr. Valerio de S. Raymundo.*

Podese imprimir. Lisboa. 14. de Feuereiro de 1676.
Fr. C. Bispo de Martyria.

Que se possa imprimir, vistas as licenças do S. Officio, & Ordinario, & despois de impresso, tornarà a esta Meza pera se conferir, & taixar, & sem isso não correrà, Lisboa 15. de Feuereiro de 1676.

Marquez P. Carneiro. Roxas. Basto.

Visto estarem conformes com seu Original, podem correr estes Officios. Lisboa 28. de Feuereiro 1676.

*Magalhaens de Menezes. Manoel Pimentel de Souza,
Manoel de Moura Manoel. Fr. Valerio de S. Raymundo.*

Taixão estes Officios em reis em papel. Lisboa

Marques Presidente, Miranda, Carneiro,

RUBRICÆ ALIQUOT BREVIARIO ROMANO ADDENDÆ,
à Sac. Rit. Congreg. nouissimé emanatæ, annuente SS. D. N. Clemente X.
16. Septembris 1673.

- 1 **I**N collecta, *Et famulos tuos.* Ultra Papam, Archiepiscopum, vel Episcopam, & Regem, nullus alius Princeps nominandus est.
- 2 Moniales in Lectione breui ante Completorium debent dicere, *Iube Domine, & Fratres sobrii estote,* non aliter.
- 3 Conclusio Orationis, quæ legitur in festo S. Ludouici 25. Augusti, corrigenda est, & dicendum, *Qui tecum uiuit, & regnat.*
- 4 In Dominicis tertia Aduentus, & quarta Quadragesimæ pulsanda sunt organa in Missa, & vtrisque Vesperis.
- 5 Festa Sanctorum ad libitum impedita die Dominico, aut aliquo festorum móbilium, non sunt transferenda, quidquid antea in contrarium decisum fuerit, 2. Decemb. 1673. annuente SS. 20. eiusdem mensis.
Sub Clemente IX. 8. Iunij 1669.
- 6 Infra octauam SS. Corporis Christi de Sanctis simplicibus occurrentibus fit tantum commemoratio absque nona Lectione de eo.

Vrbis, & Orbis.

SAc. Rituum Congregatio ad pias preces Catholicorum Scotiæ Sanctissimo porrectas, & per eundem ad ipsam Sac. Congregationem pro suo sensu remissas, benignè inclinata censuit posse concedi, vt in posterum recitari possit Officium Sanctæ Margaritæ Regine Scotiæ Semiduplex ad libitum de Comuni, nec Virg. nec Mart. die 10. Junij eiusdem festo ab omnibus Christi fidelibus vtriusque sexus, tum sæcularibus, tum Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur in Ecclesia Vniuersali, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit. Hac die 2. Decembris 1673.

Et facta de prædictis Sanctissimo relatione per me Secretarium, Sanctitas Sua benignè annuendo sensum eiusdem Congregationis approbavit, & confirmavit. Die 20. Decembris 1673.

F. M. Episc. Portuens. Card. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secreo.

OFFICIA PROPRIA SANCTORVM.

DIE XIV. JANUARIJ.

In Feflo Sanctiffimi Nominis Jefu.

Duplex fecundæ classis, ad Vesperas,

Antiph.

OMnis, qui inuocauerit nomen Domini, faluus erit. *Pfal.* Dixit Dominus, cū reliquis de Dominica; & loco vltimi, *Pfalms.* Credidi, *Ant.* Sanctum, & terribile nomen ejus, initium fapientię timor Domini.

Antiph. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jefu meo.

Antiph. A Solis ortu vsque ad occasū, laudabile nomen Domini. *Antiph.* Sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

Capitulum. Philip. 2. á 8.

FRatres, Christus humiliavit semetipsum, factus obediēs vsque ad mortē, mortē autē Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomē, quod est super omne nomen: vt in nomine Jefu omne genu flectatur, cælestium, terrestriū, & infernorum.

Hymnus.

IJesu dulcis memoria,

Dans vera cordi gaudia:

Sed super mel, & omnia,

Ejus dulcis præsentia.

Nil canitur suauius,

Nil auditur iucundius.

Nil cogitatur dulcius,

Quám Jefus Dei Filius.
Jefu spes pœnitentibus,
Quám pius es petentibus!
Quám bonus te quærentibus!
Sed quid inuenientibus?
Nec lingua valet dicere,
Nec littera exprimere:
Expertus potest credere,
Quid fit Jefum diligere.
Sis, Jefu, nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium:
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula. Amen.
ŷ. Sit nomen Domini, benedictum:
ꝛ. Ex hoc nunc, & vsque in sæculū,
alleluia.

Ad Magnificat.

Antiph. Fecit mihi magna, qui potēs est, & sanctum nomen ejus, alleluia.

Oratio.

DEus, qui Vnigenitum Filium tuum constituisti humani generis saluatorem, & Jefum vocari iussisti: concede propitius, vt cujus sanctū nomen veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in celis. Per eundem Dominum.

Et fit commemoratio Octauæ Eptaphaniæ tantū.

Ad Completorium, & alias Horas diei in fine Hymnorum dicitur. Jefu, tibi sit gloria, qui natus es de Virgine.

Ad Matutinum Inuitatorium.

A

Ad-

Admirabile nomen Iesu, quod est super omne nomen. * Venite adoremus. *Psalmus.* Venite exultemus.

Hymnus.

Iesu Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis.

Quando cor nostrum visitas,
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vilescit vanitas,
Et intus feruet charitas.

Jesu dulcedo cordium,
Fons viuus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.

Jesum omnes agnoscite,
Amorem ejus poscite:
Jesum ardenter quærite,
Quærendo inardescite.

Te nostra, Jesu, vox sonet,
Nostri te mores exprimant,
Te corda nostra diligant,
Et nunc, & in perpetuum.

Amen.

In primo Nocturno.

Antiph. Domine Dominus noster, quâ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. *Psalm.* Domine Dominus noster, cû reliquis, vt in *Officio paruo Beatæ Mariæ. Psalmus* verò iste incipitur à secundo v. Quoniam eleuata est.

Antiph. In nomine Jesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorû. *Psalm.* Cæli enarrant. *Antiph.* Confitemini Domino, & inuocate nomen ejus, mementote, quoniã excelsum est nomẽ ejus. *Psalm.* Domini est terra. v. Propter nomen tuum Domine propriiaberis peccato

meo. r. Multum est enim.

De actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 3. a 1.

Petrus autem, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum, & Joannem incipientes introire in templum, rogabat, vt eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum, & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu ejus dextera, alleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases ejus, & plantæ. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens & laudans Deum.

r. Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen ejus Iesum: * Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

v. Vocatum est nomen ejus Iesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in vtero conciperetur. Ipse.

Lectio ij.

ET vidit omnis populus eum ambulans, & laudantem Deum, Cognoscebant autem illum, quod ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi, & impleti

pleti sūt stupore, & extasi, in eo quod contigerat illi. Cū teneret autem Petrum, & Joannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis, stupentes. Vidēs autem Petrus, respondit ad populū: Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus Patrum nostrorum glorificavit Filium suum Jesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicāte illo dimitti. Vos autem Sanctū, & justum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: auctorem verò vitæ interfecistis, quem Deus suscitavit à mortuis, cujus nos testes sumus. Et in fide nominis ejus hunc, quem vos vidistis, & nostis, confirmavit nomen ejus: & fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatē istā in conspectu omnium vestrū.

℞. Benedictum est nomen tuū Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis: * Et in tempore tribulationis peccata dimittis, ꝑ. Et benedictum nomen majestatis tuæ in æternum, qui facis mirabilia solus. Et in tempore.

Lectio iij.

FActum est autem in crastinum ut congregarentur principes eorum, & seniores, & Scribæ in Jerusalem; & Annas Princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Joannes, & Alexāder, & quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuentes eos in medio interrogabant: In qua virtute, aut in

quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus Spiritu Sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & seniores audite: Si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus est, notū sit omnibus vobis, & omni plebi Israel: quia in nomine Domini, nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis edificantibus, qui factus est in caput anguli: & nō est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

℞. Laudabo nomen tuum assiduè: * Et collaudabo illud in confessione.

ꝑ. Lætabor, & exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime. Et collaudabo. Gloria Patri. Et collaudabo.

In secundo Nocturno.

Antiph. Memores erunt nominis tui Domine in omni generatione, & generatione. *Psalm.* Eructavit. *Antiph.* Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in idiplum, *Psalm.* Deus noster refugiū. *Antiph.* Omnes Gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum. *Psalm.* Fundamenta ejus. ꝑ. Propter gloriam nominis tui Domine libera nos, ℞. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Sermo 15. super Cantica, circa medium

Non otiosè Spiritus Sāctus nomen sponsi oleo comparat, cū

ita docet sponfam ad sponsum clamare: Oleum effusum nomen tuum. Oleum enim lucet, pascit, & vngit. Fouet ignem, nutrit carnē, lenit dolorem: lux, cibus, medicina. Vide idē nunc & de spōsi nomine. Lucet prædicatum: pascit recogitatum: inuocatum lenit, & vngit. Et percurremus singula. Vnde putas in toto orbe tanta, & tam subita fidei lux, nisi de prædicato nomine Jesu? Nonne in hujus nominis luce Deus nos vocauit in admirabile lumen suum? quibus illuminatis, & in lumine isto videntibus lumen, dicat meritó Paulus: Fuistis aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino.

ꝛ. Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum. * Quoniam non dereliquisti quærentes te Domine. ꝥ. Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Quoniam.

Lectio v.

HOc denique nomen coram regibus, & gētibus, & filiis Israel portare iussus est idem Apostolus, & portabat nomen tamquam lumen, & illuminabat patriam, & clamabat vbique: Nox præcessit, dies autē appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestē ambulemus. Et monstrabat omnibus lucernam super candelabrum: annuntians in omni loco Jesum, & hunc crucifixū. Quomodo lux ista resplenduit, ac peritrix cunctorum intuentium oculos, quando de ore Petri tamquā fulgur egrediens, claudi vnus corporales plātas solidauit, & bases, mul-

tosq; spiritualiter cæcos illuminauit? Numquid nō ignem sparsit, cū ait. In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula?

ꝛ. Confiteamur nomini tuo magno: * Quoniam terribile, & sanctum est. ꝥ. Hi in curribus, & hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. Quoniam.

Lectio vj.

NEc tantū lux est nomen Jesu, sed est, & cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid æquē mētem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat mores bonos, atque honestos, castas fouet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infunditur. Insipidus est, si non hoc sale conditur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Jesum. Si disputes, aut conferas, nō sapit mihi, nisi sonuerit ibi Jesus. Jesus mel in ore, in aure melos, in corde júbilus. Sed est, & medicina. Tristatur aliquis nostrūm? Veniat in cor ejus Jesus, & inde saliat in os, & ecce ad exortū nominis lumen nubium omne diffugit, redit serenum. Labitur quis in crimen? currit insuper ad laqueum mortis desperando? nonne, si inuocet nomen vitæ, confestim respirabit ad vitam?

ꝛ. Lætentur omnes, qui sperant in te Domine, in æternum exultabunt, & habitabis in eis, & gloriabuntur in te omnes, * Qui diligunt nomen tuum. ꝥ. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die. Qui diligunt. Gloria

Patri

Patri. Qui diligunt.

In tertio Nocturno.

Antiph. Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius. *Psalm.* Cantate 1.

Antiph. Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: Iustitia plena est dextera tua. *Psalm.*

Dominus regnavit, exultet. *Antiph.*

Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. *Psalm.*

Cantate ij. y. Afferte Domino gloriam, & honorem. *R.* Afferte Domino gloriam nomini eius.

Lectio Sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 2. c.

In illo tempore: Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus. Et reliqua. Homilia Sancti Bernardi Abbat.

Serm. 1. de Circumcisione.

Magnū, & mirabile Sacramentum. Circumciditur puer, & vocatur Iesus. Quid sibi vult ista conexio? Circumcisio nempe magis saluandi, quam Saluatoris esse videtur: & Saluatorem circumcidere potius decet, quam circumcidi: sed agnosce mediatorem Dei, & hominū, qui ab ipso natiuitatis suæ exordio diuinis humana sociat, ima sumis. Nascitur ex muliere, sed cui fecunditatis fructus sic accedat, ut non decidat flos virginitatis, Pannis inuoluitur; sed panni ipsi Angelicis laudibus honorantur. Absconditur in presepio; sed proditur radiante stella de cælo. Sic

& Circumcisio veritatem susceptæ probat humanitatis, & nomen, quod est super omne nomen, gloriam indicat maiestatis. Circumcidetur tamquam verus Abrahamæ filius: Iesus vocatur tamquam Filius Dei.

R. Tribulationem, & dolorem inveni, * Et nomen Domini inuocaui.

y. Turris fortissima nomen Domini, in ipso speraui, & adjutus sum. Et nomen. Benedictio. Diuinum auxilium.

Lectio viij.

Nequē enim ad instar priorum meus iste Iesus nomen vacuū, aut inane portat. Non est in eo magni nominis umbra, sed veritas. Cælitus siquidem inditum nomen Euangelista testatur: Quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Et attende verbi profunditatem: Postquam natus est Iesus, Iesus vocatur ab hominibus, qui vocatus est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Idem quippē & Angeli Saluator, & hominis: sed hominis ab Incarnatione, Angeli ab initio creaturæ. Vocatum est, ait, nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo. In ore ergo duorum, vel trium testium stat omne verbum, & ipsum, quod in Propheta abbreviatum, manifestius in Euangelio legitur, caro factum.

R. Expectabo nomen tuum Domine. * Quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum.

y. Ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Quoniam. Gloria. Quoniam.

Nona Lectio de S. Felice Mart.

*Pro Ecclesijs in quibus hoc Festum est
titulare.*

Idem, Serm. 2. de Circumcisione.

Lectio jx.

Merito sanè dum circumcidi-
tur puer, qui natus est nobis
Saluator vocatur, quod videlicet ex
hoc jam cœperit operari salutē no-
stram; immaculatū illum pro nobis
sanguinem fundens. Neque enim jā
quærere est Christianis, cur voluerit
Dominus Christus circūcidi: prop-
ter hoc siquidē circumcisus est, prop-
ter quod natus, propter quod passus.
Nihil horum propter se, sed omnia
propter electos. Nec in peccato ge-
nitus, nec à peccato circumcisus, nec
mortuus est pro peccato suo, magis
autem propter delicta nostra. Quod
vocatū est, inquit, ab Angelo, pri-
usquam in vtero conciperetur. Voca-
tum planè, non impositum: nempè
hoc ei nomen est ab æterno. A natu-
ra propria habet, vt sit Saluator: in-
natum est ei nomen hoc, non inditū
ab humana, vel Angelica creatura.
Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

& per Horas, Antiphonæ.

Oleum effusum nomen tuum,
ideó adolescentulę dilexerunt
te. *Psal.* Dominus regnavit, *cum reli-*
quis. *Antiph.* Scitote, quia Dominus,
ipse est Deus, cuius nomē in æternū.
Antiph. Sitiuit anima mea ad nomen
Sanctum tuum Domine.

Antiph. Benedictum nomen gloriæ
sux, sanctum, & laudabile, & supere-
xaltatum in sæcula.

Antiph. Juuenes, & virgines, senes cū
junioribus laudate nomen Domini,
quia exaltatum est nomen ejus so-
lius.

Capitulum. Philip. 2. à 8.

Fratres, Christus humiliavit se-
metipsū, factus obediens vsque
ad mortem, mortem autem Crucis.
Propter quod & Deus exaltauit illū,
& donauit illi nomen, quod est su-
per omne nomen: vt in nomine Jesu
omne genu flectatur, cælestium, ter-
restrium, & infernorum.

Hymnus.

Iesu decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cælicum.

Qui te gustant, esuriunt,
Qui bibunt, adhuc sitiunt,
Desiderare nesciunt,
Nisi Jesum, quem diligunt.

O Jesu mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ!
Te quærunt piæ lacrimæ,
Te clamor mentis intimæ.

Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine:
Pulsâ mentis caligine
Mundum reple dulcedine.

Jesu flos Matris Virginis,
Amor nostræ dulcedinis,
Tibi laus, honor nominis,
Regnum beatitudinis. Amen.

ŷ. Adjutorium nostrum in nomine
Domini. &. Qui fecit cælum, & ter-
ram.

Ad Benedictus. Antiph.

Dedit se, vt liberaret populum, & ac-
quireret sibi nomen æternū. Alleluia.

Oratio.

Oratio.

DEus, qui Unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Saluatorem, & Jesum vocari iussisti: concede propitius; ut cuius sanctum nomen veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in celis. Per eundem Dominum nostrum.

Postea fit commemoratio. S. Felicis Mart. Ad Hymnos Horarum, & ad Primam in R. br. dicitur. V. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam. Antiph. Scitote.

Capitulum. Fratres, Christus humiliavit. *R. breu.* Sit nomen Domini benedictum, * Alleluia, alleluia. Sit nomen. Ex hoc nunc, & usque in seculum. Alleluia, alleluia. Gloria. * Sit nomen Domini. *V.* Afferte Domino gloriam, & honorem, alleluia.

R. Afferte Domino gloriam nomini ejus, alleluia.

Ad Sextam Antiph. Sitiuit.

Capitulum. Philip. 2. b

IN nomine Jesu omne genu flectatur celestium, terrestrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

R. breu. Afferte Domino gloriam, & honorem. * Alleluia, alleluia. * Afferte. *V.* Afferte Domino gloriam nomini ejus. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Afferte *V.* Magnificate Dominum mecum, alleluia. *R.* Et exaltemus nomen ejus in idipsum, alleluia.

Ad Nonam Antiph. Juvenes, & virgines.

Capitulum. Colof. 3. c

OMne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum.

R. breu. Magnificate Dominum mecum, Alleluia, alleluia. * Magnificate *V.* Et exaltemus nomen ejus in idipsum. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. * Magnificate.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini, alleluia. *R.* Qui fecit caelum, & terram, alleluia.

In secundis Vesperis omnia dicuntur sicut in primis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, alleluia.

Oratio ut supra.

Deinde fit commemoratio. S. Pauli primi Eremitae, & S. Mauri Abbat.

DIE XIX. JANUARIJ.

In Festo Sancti Canuti Mart. Regis Daniæ, semid. ad libitum.

Omnia de Communi unius Martyris, præter Orationem, & Lectiones secundi Nocturni.

In ij. Vesper. Cathedræ S. Petri fit commemoratio. S. Canuti Martyris, ante commemoratio. SS. Marij, Marthæ, Audifacis, & Abacum Martyrum.

Oratio.

DEus, qui ad illustrandam Ecclesiam tuam, Beatum Canutum Danorum Regem martyrij palma, & gloriosis miraculis decorare dignatus es, concede propitius; ut sicut ipse Dominice Passionis imitator fuit,

fuit, ita nos per ejus vestigia gradientes, ad gaudia sempiterna peruenire mereamur. Per eundem Dominum, &c.

*Lectioes primi Nocturni de Scriptura
occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio jv.

CAnutus Quartus, Suenonis Esthritij Danorū Regis filius, fide, pietate, & morum honestate conspicuus, eximiae sanctitatis à teneris annis specimen dedit. Paternū sceptrum summa omnium acclamatione adeptus, Religioni promouendæ sedulo incumbere, Ecclesias redditibus augere, & pretiosa suppellectili ornare cœpit. Tum zelo propagandæ fidei succēsus, barbara regna justo certamine aggressus, deuictas, subditasq; nationes Christianæ legi subjugauit. Victorijs autem plurimis gloriosus, & diuitijs auctus, regale diadema ad Christi Crucifixi pedes abiecit; se, & regnum illi subijciens, qui Rex regū est, & Dominus dominantium. Corpus suum jejunijs, cilicijs, & flagellis castigauit. In oratione, & contemplatione assiduus, erga pauperes profusus, erga omnes beneficis sēper fuit, nec v̄mquam à iustitia, diuinæque legis semita deflexit.

℞. Honestum fecit illum Dominus, & custodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ʒ. Descenditque cū illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit illi.

Lectio v.

His, alijsque virtutibus imbutus ad supremum perfectionis apicem Sāctus Rex properabat. Accidit autem, vt Angliæ regnum à Vuilhelmo Normannorum Duce formidabili exercitu inuaderetur. Anglis verò, Danorum opem implorantibus, cū succurrere Rex decreuisset; belli expeditionem Olao fratri commisit. Qui regnandi cupiditate illectus, arma vertit in Regis perniciem, militibus, & populo contra illum concitatis. Nec defuerunt rebellionis fomenta: cū enim Rex editis legibus decimas Ecclesijs solui, Dei, & Ecclesię præcepta seruari, transgressores puniri sanxisset; plerique peruersi ac scelerati homines exacerbati, primum quidem tumultuari, tum plebem commouere, ac tandem Sāctissimo Regi necem moliri cœperunt. ℞. Desideriū animæ ejus tribuisti ei Domine, * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. ʒ. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vj.

Sciens igitur Rex, futurorū prescius, mortem sibi propter iustitiam imminere: ea prænuntiata, ad Ecclesiam Sācti Albani Martyris Othoniæ, tamquam ad locum certaminis, profectus est; Sacramentis munitus, agonem suum Domino commēdabat. Mox ibi adueniens conjuratorum multitudo, Ecclesiæ ignem admouere, fores confringere, & in eam irrum;

irrumperē tentarūt. Quod cūm per-
ficere non possent, ad fenestras acce-
dentes, saxa, & sagittas in Sanctū Re-
gem, flexis genibus pro inimicis orā-
tem, magno impetu jaculari nō ces-
sarūt; donec lapidum, & telorum ic-
tibus, ac tandem lancea confossus,
glorioso martyrio, ante altare exten-
sis brachijs procumbens, coronatus
est, sedēte in Apostolico throno Gre-
gorio Septimo. Multis postea mira-
culis Martyrē suum illustravit Deus,
nam graui penuria & diuersis cala-
mitatibus oppressa Dania, patrati sa-
crilegij pēnas luit. Plures etiā varijs
languoribus afflicti, ad ejus tumultū
remedium, & incolumitatem conse-
cuti sunt. Cumque Regina, sacrum e-
jus corpus noctu clam furripere, &
aliō transferre conaretur; emissio cæ-
litus ingenti splendore, perterrita ā
proposito cessauit.

R. Stola iucūditatis induit eum Do-
minus: * Et coronam pulchritudinis
posuit super caput ejus. *V.* Cibauit
illum Dominus pane vitæ, & intel-
lectus: & aqua sapiētiae salutaris po-
tauit illum. Et coronam. Gloria Pa-
tri. Et coronam.

In tertio Nocturno.

*Homilia S. Gregorij Papæ in Euan-
gelium. Si quis vult post me venire,
de Communi vnius Martyris.*

*Nona Lectio & cōmem. in Laudibus
SS. Marij, Martæ, & c. Martyr.*

*Missæ, In virtute tua Domine, de Cō-
muni vnius Martyris non Pōtificis. O-
ratio, Deus, qui ad illustrandam Ec-
clesiam tuam, vt supra.*

Euangelium. Si quis vult post me

venire, de Communi vnius Martyris.

DIE XXII. JANUARIII.

*In Festo S. Raymundi de Peñafort. Cōf.
Semiduplex de præcepto. Omnia de Cō-
muni Confessoris non Pontificis præter
ea, quæ sequuntur.*

*In vesp. & Matut. dicatur in Hymno.
Hac die lætus meruit supremos lau-
dis honores.*

Oratio.

DEUS qui Beatum Raymundū,
pœnitentiæ Sacramenti insignē
ministrum elegisti, & per maris vn-
das mirabiliter traduxisti: cōcede, vt
ejus intercessione, dignos pœnitentiæ
fructus facere, & ad æternæ salutis
portū peruenire valeamus. Per Do-
minum, &c.

*Lectioes primi Nocturni de Scriptu-
ra occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

RAymundus, Barcinone in His-
pania ex nobili familia de Pen-
naforti originem duxit. A prima pu-
eritia Religionis Christianæ rudimē-
tis imbutus eximiæ jam tunc corpo-
ris, & animi indole, ad virtutem, &
pietatem in dies magis augebatur.
Adolescens Bononiæ, Pontificio, ci-
uilique juri incumbēs, Doctoris lau-
rea coronatus, sacros Canones, publi-
cē, magna cum hominum admirati-
one est interpretatus. Iam inde, clara
tanti Viri fama per Italiā increbres-
centi, ā Berengario Barcinonensi E-
piscopo, in patriam reductus, Eccle-
siæ Canonicatu ornatur. Ea dignitate
auctus, magno integritatis, ac doctri-

ne splendore, modestia, & morū suauitate fulsit. Erga Deiparam Virginē singulari pietatis affectu ducebatur. Ingentem hinc apud omnes auctoritatem, & sanctitatis opinionem sibi cōciliauit. Verūm ad sublimius vitæ genus aspirans, abdicatis honoribus, ipretisque mundi oblectamētis, quadragesimo quinto circiter ætatis anno, Ordinē Prædicatorum, solenni ritu, sacro Religionis habitu suscepto, Barcinone professus est.

Lectio v.

Hic jam nouus miles, eximios fecit in virtute progressus. Mira in eo humilitas; & licet talis, ac tantus, eo tamē ipso demissius sentire de se, alijs omnia, sibi nihil tribuere, libētius delitescere, quā in lucem prodire consueuerat. Obedientia adeo singularis, vt sepulto voluntatis arbitrio, totus, è Superiorum nutu pēderet. Paupertas, mundi curarum abdicatio, jejunandi (præterquam diebus Dominicis) consuetudo, orandi assiduitas, Angelo sæpius eū ad preces familiariter excitante, in eodem enituere. Cœlestem castitatem adeo feliciter coluit, vt eam, ad extremum vsque vitæ diem, integerrimam seruauerit. Monitu Sacrę Virginis Marię sibi in somnis apparentis, vna cū Beato Petro Nolasco, & Jacobo Aragonum Rege, Ordinem Beatę Marię de Mercede redemptionis captiuorū fundauit, cui certas viuendi leges, ab Apostolica Sede approbatas præscripsit, atque eundem Petrum primum Generalem Ordinem Magistrū, suis ipse manibus, habitu Religionis in-

ditū creauit. A Gregorio Nono Romanam vocatus, & Capellani, ac Pœnitentiarij Romanę Ecclesię dignitate decoratus, Romanorum Pontificum decreta, in diuersis Cōcilijs, Epistolis sparsa, eiusdem Pontificis iussu, in vnum Decretalium volumen redegit, Archiepiscopatum Tarracensem, sibi ab Apostolica Sede oblatum constantissimē recusauit.

Lectio vj.

Generalis totius Ordinis Prædicatorū Magister summo omnium consensu declaratus, quāquam diū reluctans, ac ægrè magistratum iniens, biennio post ab eo officio, mœrentibus omnibus, sponte se abdicauit. Jacobo Aragonū Regi, sacre Inquisitionis in suis regnis instituendæ auctor fuit: innumera adhuc viuens patrauit miracula, inter, quę illud clarissimum celebratur, quod ex insula Baleari maiori, Barcinonem trajecit nullo nauigio, sed pallio tantum super aquas expanso, ductaque ejus ora instar veli ad baculum, quo tamquam malo vteretur, veluti solidis tabulis vectus, centū sexaginta milliaria, sex horis confecit, cunctis circū littora stupentibus. Plenus tandem virtutibus, & longa ætate confectus, Sacramētis omnibus ritè munitus, prope centenarius obdormiuit in Domino, anno salutis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, ipsa Epiphanię die, post mortem etiā miraculis illustis: nam è primo ejus sepulchro puluis enascitur, qui licet copiosē inde exportetur, nūquā tamen deficit, eoque multæ, grauēque

que corporis infirmitates curantur. Relatus est in Sanctorum numerum solenni ritu á Clemente Octauo, anno Domini millesimo sexcentesimo primo, tertio Calendas Maij.

In tertio Nocturno.

Homilia Sancti Gregorij Papæ, in Euangelium. Sint lumbi vestri præcincti. De Communi Confessoris non Pontificis. Missa, Os iusti, de Comm. Confessoris non Pontificis, Oratio propria.

DIE XXIX. JANUARIJ.

In festo S. Francisci Salesij Episc. & Cõf. Semiduplex.

In Hymno ad Vesperas, & Matutinũ dicatur: Hac die lætus meruit supremos Laudis honores.

Oratio.

DEus, qui ad animarum salutem Beatum Franciscũ Cõfessorem tuum, atque Pontificem, omnibus omnia factum esse voluisti: concede propitius, vt charitatis tuæ dulcedine perfusi, ejus dirigentibus monitis, ac suffragãtib; meritis, æterna gaudia consequamur. Per Dominũ, &c.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio jv.

FRANCISCUS in oppido Salesio, vnde familiæ cognomen, pijs, & nobilibus parentibus natus, à teneris annis futuræ sanctitatis iudicia præbuit, morum innocentia, & grauitate. Adolecens liberalibus disciplinis eruditus, mox Philosophiæ, ac Theologiæ Parisijs operam dedit: & ne quid sibi deesset ad animi culturam,

Juris vtriusque lauream summa cum laude Patauij obtinuit. In sacra æde Lauretana perpetuæ virginitatis votum quo pridem Parisijs se obstrinxerat, innouauit: à cuius virtutis proposito nullis vnquam demonũ fraudibus, nullis sensuum illecebris potuit dimoueri.

R. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ÿ. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

RECUSATA in Sabaudia Senatu amplissima dignitate, Clericali militiæ nomen dedit: tum Sacerdotio initiatus, & Geneuensis Ecclesiæ præposituram adeptus, ejus muneris partes adeo perfectè expleuit, vt eum Granerius Episcopus vindicandis ab hæresi Calviniana Chaballiensibus, aliisque Geneuæ finitimis populis, Diuini verbi præconem destinaret. Quam expeditionem alacri animo suscipiens, asperrima quæque perpessus est, sapè ab hæreticis conquisitus ad necem, varijsque calumnijs, & insidijs vexatus. Sed inter tot discrimina, & agones, insuperabilis ejus constantia semper enituit; Deiq; ope protectus septuaginta duo millia hereticorum ad Catholicam Fidem reduxisse dicitur, inter quos multinobilitate, & doctrina insignes numerantur.

R. Posui adiutorium super potètem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ÿ. Inueni David seruum meum,

B ij oleo

oleo sancto meo unxi eum: Manus.

Lectio vj.

Mortuo Granerio, qui eum sibi coadjutorem decerni curauerat, Episcopus consecratus, sanctitatis suæ radios circumquaque diffudit, zelo Ecclesiasticæ disciplinæ, pacis studio, misericordia in pauperes, omnique virtute cōspiciuus. Ad Diuini cultus augmentū nouū Ordinē Sāctimonialium instituit, à Visitatione Beatæ Virginis nūcupatum, sub regula Sancti Augustini; cui addidit constitutiones, sapientia, discretionē, & suauitate mirabiles. Suis itaq; scriptis cęlesti doctrina refertis Ecclesiā illustrauit, quibus iter ad Christianā perfectionem tutum, & planum demonstrat. Annū denique agēs quinquagesimum quintum, dum ē Gallia Annesium regreditur, post Sacrum in die Sancti Ioannis Euangelistæ Lugduni celebratum, graui morbo correptus, sequenti die migravit in cælum, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo secundo. Ejus Corpus Annesium delatum, in Ecclesia Monialium dicti Ordinis honorificè conditū fuit, cœpitque statim miraculis clarescere. Quibus ritè probatis, ab Alexandro Septimo Pontifice Maximo in Sanctorum numerum relatus est, assignata ejus festiuitati die vigesima nona Ianuarij.

✠. Iste est, qui ante Deū magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorū. ✠. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & peruenit ad cęlestia reg-

na. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno Homilia S. Gregor. Papæ in Euangelium.

Homo peregrè proficiscens, ut in Cōm. Conf. Pontif.

Missæ Statuit ei, &c. de eodem communi, prima Oratio propria, ut supra.

DIE XXX. IANUARIJ.

Tertia die infra Octauā S. Iuliani, fit de S. Martina Virg. & M. Semiduplex, ut in Breuiario Romano, cum com. Oct.

DIE XXXI. IANUARIJ.

In festo S. Petri Nolasci Cōfes. Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captiuorum Fundatoris. Duplex.

In Hymn. Vesp. & Mat. dicatur.

Hac die lætus meruit supremos Laudis honores.

Oratio.

Deus, qui in tuæ charitatis exemplum, ad fideiū redēptionem, Sanctum Petrum Nolascum Ecclesiam tuam noua prole fecundare diuinitus docuisti: ipsius nobis intercessionē concede, à peccati seruitute solutis, in cęlesti patria perpetua libertate gaudere. Qui uiuis, &c.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

Petrus Nolascus, Reaudi propè Carcaſonam in Gallia nobili genere natus, singulari erga proximum charitate excelluit. Cujus virtutis præfagiū fuit; quod cū adhuc in incunabulis vagiret infans, examē apud

ad eum conuolauit, & fauum mellis in ejus dextera construxit. Adolescens parentibus orbatus, Albigensium hæresim, quæ tunc in Gallia grassabatur, execrans, diuendito patrimonio, in Hispaniam secessit, & apud Beatam Virginem Montis Serrati votum, quo pridem se obstrinxerat, exoluit. Tum Barchinonam pergens, cum Christi fidelibus ab hostium seruitute redimendis omnem pecuniam consumpsisset, se ipsum pro ijs liberandis venire, aut in illorum vincula suffici cupere dictitabat.

Æ. Honestum fecit illum Dominus, & custodiuit eum ab inimicis, & a seductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ¶. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

QUam gratum Deo fuerit hoc Sancti viri desiderium, subsequens declarauit euentus: nam noctu oranti, & de Christianorum in captiuitate degentium subsidio multa animo volenti Beata Virgo apparens, Filio suo, sibi que acceptissimum fore suggessit, si ad sui honorem Religiosorum Ordo institueretur, quibus præcipue esset cura captiuos ab infidelium tyrannide liberare. Huic cælesti monito illico obtemperans, vna cum Sancto Raymundo de Pegnafort, & Iacobo Primo Rege Aragoniæ, de eadem re à Dei Genitrice ipsa nocte præmonitis, Religionem Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum instituit: Sodalibus suis quarto voto obstrictis, manendi in pignus

sub Paganorum potestate, si pro Christianorum liberatione opus fuerit.

Æ. Amiauit eum Dominus, & ornauit eum, stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronauit eum. ¶. Induit eum Dominus lorica Fidei, & ornauit eum. Et ad portas.

Lectio vij.

EDITO virginitatis voto, illibatam perpetuo castitatem seruauit. Patientia, humilitate, abstinentia, ceterisque virtutibus mirabiliter enituit. Prophetiæ dono illustris, futura prædixit: inter quæ maximè celebratur, quod Iacobus Rex Valentiam à Mauris occupatam expugnauerit, accepta prius ab eo obtinendæ victoriæ securitate. Angeli Custodis, ac Deiparæ Virginis frequenti apparitione recreabatur. Senio tandem confectus, de imminenti morte certior factus, in morbum incidit, sanctisque refectus Sacramentis, fratres suos ad charitatem erga captiuos cohortatus, & Psalmum, Confitebor tibi Domine in toto corde meo, deuotissime recitans, ad illa verba, Redemptionem misit Dominus populo suo, spiritum Deo reddidit, media nocte Vigiliæ Natiuitatis Domini, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. Cujus festiuitatem Alexander Septimus die trigesima prima Ianuarij celebrari præcepit.

Æ. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam. * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus.

ŷ. Iste est qui contempfit vitam mū-
di, & peruenit ad cęlestia regna. Quia
te vidi. Gloria Patri. Quia te vidi.

*In tertio Nocturno, Homilia venera-
bilis Bedę Presbyteri in Euangelium.
Nolite timere pusillus grex, de com-
muni Confessoris non Pontificis.*

*Missæ. Iustus vt palma florebit, &c.
de communi Confessoris non Pontificis,
Orat. Deus qui in tuę, &c. vt supra.*

DIE IV. FEBRUARII.

*In festo S. Andreę Corsin. Episcopi,
& Conf. semid. ad libit.*

*Omnia de cōmuni Cōf. Pontif. præter
Orationē, & Lectiones secūdi Nocturni.*

*In Hymno ad Vesperas, & Matut. di-
catur. Hac die lætus meruit supremos
Laudis honores.*

Oratio.

DEus plebis tuę miserator, cui
Beatus Andreas Pōtifex abdi-
cato sæculi fastu, liberiori placuit mi-
nisterio: da quęsumus, pastoris sui
solēnia recensenti, eius non destitui
suffragio, cuius confidit meritis tuę
restitui gratior maiestati. Per Domi-
num nostrum, &c.

*In primo Nocturno Lectiones de Scri-
ptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Andream Florentię ex nobili
Corsinorum familia natū pa-
rentes precibus á Deo impetrarunt,
& beatę Virgini spopōderunt. Qua-
lis autem futurus esset, diuino præsa-
gio, antequam nasceretur, ostensum
est: nam mater grauida sibi visa est
per quietem lupum edidisse, qui ad

Carmelitarum ædē pergens, in ipso
templi vestibulo statim in agnum
conuersus est. Adolescens pié, & in-
genuè educatus, cum sensim ad vitia
declinaret, sæpè à matre increpatus
fuit. Vbi autem cognouit, se parentū
voto Deiparę Virgini dicatum fuis-
se, Dei amore succensus, deque visu
matris admonitus, Carmelitarū in-
stitutum amplexus est, in quo varijs
tentationibus à dæmone vexatus,
numquam tamen potuit à Religio-
nis proposito dimoueri. Mox Lute-
tiam missus, emenso studiorum cur-
riculo, & laurea donatus, in patriam
reuocatur, sui que Ordinis regimini
in Hetruria præficitur.

ꝛ. Inueni Dauid. I I.

Lectio v.

INtereà Fesulana Ecclesia suo vi-
duata Pastore eum sibi Episcopū
elegit: quo munere se indignū esti-
mans, diū latuit ignotus, donec pue-
ri voce mirabiliter loquentis prodi-
tus, & extra urbem inuentus, ne di-
uinę cōtradiceret voluntati, Episco-
patum suscepit. Ea dignitate auctus,
humilitati, quam semper coluerat,
impensius incubuit, & pastoralis soli-
citudini misericordiam, in pauperes
liberalitatem, orationis assiduitatem,
vigilias, aliasque virtutes adjunxit, &
spiritu etiam prophetico clarus fuit;
adè vt eius sanctitas ab omnibus
celebraretur.

ꝛ. Posui adiutorium. I I.

Lectio vj.

His permotus Vrbanus Quin-
tus, ad sedandas Bononię tur-
bas, Andream legatum misit: quo in

mu.

munere multa perpeffus, ciuiū odia,
quæ ad internecionem exarferāt, ſū-
ma prudētia reſtrinxit; tum reſtituta
tranquillitate ad propria reuerſus eſt
Nec multò poſt aſſiduis laboribus, &
voluntaria carnis maceratione con-
fectus, obitus die à Beata Virgine ſibi
prædicto, ad cæleſtia regna migravit
anno Domini milleſimo trecentefi-
mo ſeptuageſimo tertio, ætatis ſuæ
ſeptuageſimo primo. Quem Vrba-
nus Octauus multis, magniſque mi-
raculis clarum, Sanctorum numero
adſcripſit. Ejus corpus Florentiæ in
Eccleſia ſui Ordinis quieſcit, & ma-
xima ciuiū veneratione colitur, qui-
bus non ſemel in præſenti discrimi-
ne præſidio fuit.

In tertio Nocturno.

*Homilia S. Gregorij Papa in Euangel.
Homo quidam peregrè proficiſcens,
de Communi Conf. Pontificis.*

*Miſſa de Communi Confefſor. Pontif.
Statuit. Prima Oratio vt ſupra, reli-
qua de eodem Commun.*

DIE XIX. MARTII.

*In feſto Sancti Joſeph Conf. Duplex
ſecundæ claffis.*

*Omnia vt in Breuiario Romano præ-
ter ea, quæ hic habentur propria.*

Capitulum. Eccleſ. 31.

BEatus vir, qui inuentus eſt ſine
macula: & qui poſt aurum non
abiit, nec ſperauit in pecunię theſau-
ris. Quis eſt hic, & laudabimus eum?
fecit enim mirabilia in vita ſua.

In utriſque Veſperis.

Hymnus.

TE, Joſeph, celebrent agmina
Cæli tum,

Te cuncti reſonent Chriſtiadum
chori,

Qui clarus meritis junctus eſt in-
clytæ

Caſto fœdere Virgini.

Almo cum tumidam germine con-
jugem

Admirans, dubio tangeris anxius,

Afflatu ſuperi Flaminiſ Angelus,

Conceptum puerum docet.

Tum natum Dominum ſtringis, ad
exteras

Ægypti profugum tu ſequeris
plagas,

Amiſſum Solymis quæris, & in-
uenis,

Miſcens gaudia fletibus.

Post mortem reliquos mors pia cõ-
ſecrat,

Palmamque emeritos gloria ſuf-
cipit:

Tu viuēs, ſuperis par fruēris Deo,

Mira ſorte beatior.

Nobis Summa Trias, parce præcan-
tibus,

Da Joſeph meritis ſidera ſcãdere:

Vt tandē liceat nos tibi perpetim

Gratum promere canticū. Amen.

ŷ. Os juſti meditabitur ſapientiam.

ꝛ. Et lingua ejus loquetur iudicium

Ad Magnificat pro primis Veſp.

Antiph.

Joſeph fili Dauid noli timere ac-
cipere Mariam conjugem tuam:
quod enim in ea natum eſt, de Spiri-
tu Sancto eſt: pariet autem filium,
& vocabis nomen ejus Ieſum.

Oratio.

Sanctiſſimæ Genitricis tuæ Spõſi,
quæſumus Domine, meritis ad-
juuemur

juuemur: vt quod possibilitas nostra
non obtinet, ejus nobis intercessione
donetur. Qui viuis, & regnas, &c.

Ad Matutinum Hymnus.

CÆlitum Ioseph decus, atque
nostræ

Certa spes vitæ, columenq; mūdi,
Quas tibi læti canimus, benignus
Suspice laudes.

Te fator rerum statuit pudicæ
Virginis spōsum, voluitque Verbi
Te patrem dici, dedit & ministrū
Esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo jacentē,
Quem Chorus Vatum cecinit fu-
turum,
Aspicias gaudens, humilisque natū
Numen adoras.

Rex Deus Regum, Dominator or-
bis,

Cujus ad nutum tremunt inferorum
Turba, cui pronus famulatur Æther,
Se tibi subdit.

Laus sit excelsæ Triadi perennis,
Quæ tibi præbens superos honores,
Det tuis nobis meritis beatæ
Gaudia vitæ. Amen.

AD LAUDES.

Capitulū, Beatus vir qui, &c. vt supra.
Hymnus.

Iste, quem læti colimus fideles,
Cujus excelsos canimus triūphos
Hac die Ioseph meruit perennis
Gaudia vitæ.

O nimis felix, nimis ô beatus,
Cujus extremam vigiles ad horam
Christus, & Virgo simul astiterunt
Ore sereno.

Hinc Stygis victor, laqueo solutus
Carnis, ad sedes placido sopore

Migrat æternas, rutilisque cingit
Tempora fertis.

Ergo regnantem flagitemus omnes,
Adsit vt nobis, veniamque nostris
Obtinens culpis, tribuat supernæ
Munera pacis.

Sint tibi plausus, tibi sint honores,
Trine, qui regnas, Deus; & coro-
nas

Aureas seruo tribuis fideli
Omne per æuum. Amen.

ÿ. Justum deduxit Dominus per vias
rectas.

æ. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Benedictus Antiphona.

Angelus Domini apparuit in sō-
nis Ioseph, dicens. Surge, & ac-
cipe puerum, & matrem ejus, & vade
in terram Israel, defuncti sunt enim,
qui quærebant animam pueri.

In secundis Vesperis.

ÿ. Justus vt palma florebit.

æ. Sicut cedrus Libani multiplicabi-
tur.

Ad Magnificat, Antiphona.

Missus est Angelus Gabriel ad
Virginem desponsatam viro,
cui nomen erat Ioseph, de domo
Dauid: & nomen Virginis Maria, de
qua natus est Iesus, qui vocatur
Christus.

DIE V. APRILIS.

*In festo S. Vicentij Ferrerij Confes.
semiduplex, ad libitum.*

*Omnia de Comm. Conf. non Pontif.
præter Orationem, & Lectiōnes secun-
di Nocturni.*

Ora.

Oratio.

DEus qui Ecclesiam tuam Beati Vincentij Confessoris tui meritis, & prædicatione illustrare dignatus es: cõcede nobis famulis tuis; vt & ipsius instruamur exẽplis, & ab omnibus ejus patrocinio liberemur aduersis. Per Dominum nostrum, &c.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente. Si verò in Quadragesima, Beatus vir, qui inuentus est sine macula, de Comm. Confes. non Pontif.

In secundo Nocturno.

Lectio jv.

Vincentius honesta stirpe Valentiæ in Hispania natus, ab ineunte ætate cor gessit senile. Qui cum caliginosi hujus sæculi labilem cursum pro ingenij sui modulo consideraret. Religionis habitum in Ordine prædicatorum decimo octauo ætatis suæ anno suscepit; & emissa solemni professione, sacris litteris sedulo incumbens, Theologiæ lauream summa cum laude consecutus est. Mox obtenta à superioribus licetia, verbum Dei prædicare, Judæorum perfidiam arguere, Saracenorum errores confutare, tanta virtute, & efficacia cepit, vt ingentem ipsorum infidelium multitudinem ad Christi fidem perduxerit, & multa Christianorum milia à peccatis ad poenitentiam, à vitijs ad virtutem reuocarit. Electus eniui à Deo, vt monita salutis in omnes gentes, tribus, & linguas diffunderet, & extremi tremendique iudicij diem appropinquare ostenderet, omnium auditorum animos terrore cõcussos, atque à terrenis affectibus auulsos, ad

Dei amorem excitabat.

ꝛ. Honestum fecit. 13.

Lectio v.

IN hoc autem Apostolico munere hic vitæ ejus tenor perpetuus fuit. Quotidie Missam summo mane cum cantu celebrauit, quotidie ad populum concionem habuit; inuiolabile semper jejunium, nisi vrgens adesset necessitas, seruauit; sancta, & recta cõsilia nulli denegauit; carnes numquam comedit, nec vestem lineam induit; populorum jurgia sedauit, dissidentia regna pace composuit: & cum vestis inconsuetilis Ecclesiæ diro schismate scinderetur, vt vniretur, & vnita seruaretur, plurimum laborauit. Virtutibus omnibus claruit, suosque detractores, & persecutores in simplicitate, & humilitate ambulans, cum mansuetudine recepit, & amplexus est.

ꝛ. Amavit eum. 13.

Lectio vj.

Per ipsam diuina virtus, in confirmatione vitæ, & prædicationis ejus, multa signa, & miracula fecit. Nam frequentissime super ægros manus imposuit, & sanitatem adepti sunt: spiritus immundos è corporibus expulit; surdis auditum, mutis loquelam, cecis visum restituit: leprosos mundauit, mortuos suscitauit. Senio tandem, & morbo confectus infatigabilis Euagelij præco, plurimis Europæ prouincijs cum ingenti animarum fructu peragratis, Venetiæ in Britannia minori, prædicationis, & vitæ cursum feciliter consummauit, anno salutis millesimo quadringentesimo

tesimo decimo nono, quem Calixtus Tertius Sanctorum numero adscripsit.

℞. Iste homo. 14.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorij Papæ in Evangelium. Sint lumbi vestri præcincti, de Comuni Confessoris non Pontificis.

Missæ. Os iusti. Cum oratione propria.

DIE IV. MAIJ.

In festo S. Monicæ viduæ, matris S. Augustini semiduplex.

Omnia de Comuni Sanctarum nec Virginum, nec Martyrū, præter ea quæ hic habentur propria.

Oratio.

DEus moerentiū consolator, & in te sperantiū salus, qui Beatæ Monicæ piæ lacrymas in conuersione filij sui Augustini, misericorditer suscepisti: da nobis vtriusq; interuentu peccata nostra deplorare, & gratiæ tuæ indulgentiam inuenire. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno.

Lectioes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

Monica, Sancti Augustini dupliciter mater, quia cum & mundo, & cælo peperit, marito mortuo, quem senectute confectum Jesu Christo conciliauit, castam, & operibus misericordiæ exercitam viduitatem agebat: in assiduis verò ad Deū orationibus pro filio, qui in Manichæorum sectam inciderat, lacrymas effundebat: quem etiam Mediolanū secuta est: vbi ipsum frequenter hor-

tabatur, vt ad Episcopum Ambrosiū se conferret. Quod cum ille fecisset, ejus & publicis concionibus, & priuatis colloquijs, Catholicæ Fidei veritatem edoctus, ab eodem baptizatus est.

℞. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia. ♪. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

MOx in Africam redeūtes, cū ad Ostia Tiberina constitissent, incidit in febrem. Quo in morbo, cum eam quodam die anima defecisset, vt se collegit: Vbi, inquit, eram? Et astantes intuens. Ponite hic matrem vestram: tantum vos rogo, vt ad altare Domini memineritis mei. Nono autem die Beata mulier animā Deo reddidit. Ejus corpus ibi in Ecclesia Sanctæ Aureæ sepultum est: quod postea à Martino Quinto Summo Pontifice Romam translatum, in Ecclesia Sācti Augustini honorificè conditum est.

℞. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē: * Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, alleluia. ♪. Propter veritatem, & mansuetudinē, & iustitiam. Propterea.

Lectio vi.

Ex lib. 9. confes. cap. 12.

Subdit verò Augustinus, de matris morte differens: Neque enim decere arbitramur funus illud questibus lacrymosis, gemitibusque celebrare, quia illa nec miserè, nec omnino

ninò moriebatur: hoc & documentis morum ejus, & fide non ficta, rationibusque certis tenebamus. Atque inde paulatim reducebam in pristinum sensum ancillam tuam, conuersionemque ejus piam in te & sanctam, in nos blandam, atque morigeram, qua subito destitutus sum, & libuit flere de illa, & pro illa, & si quis peccatum inuenerit, fleuisse me matrem meam exigua parte horæ, matrem oculis meis mortuam, quæ me multos annos fleuerat, ut oculis suis uiuerem, nò irrideat, sed potius, si est grãdi charitate, pro peccatis meis fleat ipse ad te Patrem omnium fratrum Christi tui.

ꝛ. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: * Mulier timens Deum, ipsa laudabitur, alleluia.

ꝥ. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. Mulier. Gloria Patri. Mulier.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore: Ibat Jesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibat cum eo discipuli ejus, & turba copiosa. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini
Episcopi.

Serm. 44. de Verb. Dom.

DE juuene illo resuscitato gausa est mater vidua: de hominibus in spiritu quotidie suscitatis gaudet mater Ecclesia. Ille quidem mortuus erat corpore: illi autem mente. Illius mors visibilis visibiliter plan-

gebatur; illorum mors invisibilis nec quærebatur, nec videbatur. Quæsiuit illi, qui nouerat mortuos. Ille solus nouerat mortuos, qui poterat facere viuos. Nisi enim ad mortuos suscitandos venisset, Apostolus non diceret: Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

ꝛ. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua ejus considerauit femitas domus suæ: * Et panem otiosa non comedit, alleluia. ꝥ. Gustauit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus: non extingetur in nocte lucerna ejus. Et panem.

Lectio viij.

TRes autem mortuos inuenimus à Domino resuscitados visibiliter, millia invisibiliter. Quot autem mortuos visibiliter suscitauerit, quis nouit? Non enim omnia, quæ fecit, scripta sūt. Joannes hoc dixit: Multa alia fecit Jesus, quæ si scripta essent, arbitror totum mundum non posse libros capere. Multi ergo sunt alij sine dubio suscitati, sed nò tres frustra commemorati. Dominus enim noster Jesus Christus ea, quæ faciebat corporaliter, etiam spiritualiter volebat intelligi. Neque enim tantum miracula propter miracula faciebat; sed ut illa, quæ faciebat, mira essent videtibus, vera essent intelligentibus.

ꝛ. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi: * Quæ vidi, quem amaui, in quem credidi, quem dilexi, alleluia. ꝥ. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Quem vidi. Gloria

Patri. Quem vidi.

Lectio jx.

Quem admodum qui videt litteras in codice optimè scripto, & non nouit legere, laudat quidem antiquarij manum, admirans apicum pulchritudinem: sed quid sibi velint, quid indicent illi apices, nescit, & est oculis laudator, mente non cognitor. Alius autem & laudat artificium, & capit intellectum: ille vtique, qui nõ solum videre, quod cõmune est omnibus, potest, sed etiam legere; quod qui non didicit, non potest. Ita qui viderunt Christi miracula, & non intellexerunt, quid sibi vellent, & quid intelligentibus quodammodo innuerent, mirati sunt tantum, quia facta sunt: alij verò & facta mirati, & intellecta affecuti. Tales nos in schola Christi esse debemus. Te Deum laudamus.

Missæ, quæ habetur in Missali Romano. Oratio vt supra.

DIE IV. MAIJ.

In festo Coronæ Domini, duplex in aliquibus Diocesibus.

Ad Vesperas, Antiph.

Milites Præsidis, cum reliquis, de Laudibus, vt infra. Psalmus. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, & loco ultimi Psalmus. Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum. Cant. 3.

Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in

die lætitiæ cordis ejus.

In utrisque Vesperis Hymnus.

Lauda fidelis concio
Spinæ trophæum inclytum:
Per quam perit perditio,
Vitæque datur meritum.
Nos á puncturis liberat
Æterni Patris Filius,
Dum Spinis pungi tolerat
Spinarum culpæ nescius.
Cum Spinarum aculeum
Christus pro nobis pertulit,
Per Diadema spineum
Vitæ coronam contulit.
Plaudat turba fidelium,
Quod per Spinæ ludibrium
Purga Creator omnium
Spineti nostri vitium.
Vt sis perenne mentibus
Paschale Jesu gaudium;
A morte dira criminum
Vitæ renatos libera.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui á mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

ÿ. Tuam Coronam adoramus Domine; alleluia &. Tuum gloriosum recolimus triumphum, alleluia.

Ad Magnificat.

Antiph. Apprehendit Pilatus Jesu, & flagellauit: Et milites plectentes Coronam de Spinis, imposuerunt capiti ejus, & veste purpurea circumdederunt eum, alleluia, alleluia.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, vt qui in memoriam passionis Domini nostri Jesu Christi

Co-

Coronam ejus spineam veneramur
in terris: ab ipso gloria, & honore co-
ronari mereamur in cælis. Qui tecū
viuit.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Christum Regem pro nobis Spinis
coronatum. * Venite adoremus, al-
leluia.

Psalms. Venite exultemus.

Hymnus. Lauda fidelis concio, *ut su-
pra in Vesperis.*

In primo Nocturno.

Antiph. Maledicta terra in opere tuo;
Spinas, & tribulos germinabit tibi,
alleluia. *Psalms.* Beatus vir, *cum reli-
quis in Festo Inventionis S. Crucis die
iij. Maij.*

†. Tuam Coronam adoramus, Do-
mine, alleluia. R. Tuum gloriosum
recolimus triumphum, alleluia.

De Isaia Propheta.

Lectio j.

Q Vis credidit auditui nostro? &
brachium Domini cui reuela-
tum est? Et ascendet sicut virgultum
coram eo, & sicut radix de terra siti-
enti: non est species ei, neque decor;
& vidimus eum, & non erat aspe-
ctus, & desiderauimus eū: Despectū,
& nouissimum virorum, virum do-
lorum, & scientem infirmitatem:
& quasi absconditus vultus ejus, &
despectus, vnde nec reputauimus eū.
R. Ecce vidimus eum non habentem
speciem, neque decorem: aspectus e-
jus in eo non est; hic peccata nostra
portauit, & pro nobis dolet; ipse autē
vulneratus est propter iniquitates
nostras. * Cujus liuore sanati sumus,
alleluia. †. Verē languores nostros

ipse tulit, & dolores nostros ipse por-
tauit. Cujus.

Lectio ij.

Verē languores nostros ipse tu-
lit, & dolores nostros ipse por-
tauit: & nos putauimus eum qua-
si leprosum, & percussum à Deo, &
humiliatum. Ipse autem vulneratus
est propter iniquitates nostras, atri-
tus est propter scelera nostra: disci-
plina pacis nostrę super eum, & li-
uore ejus sanati sumus. Omnes nos
quasi oues errauimus, vnusquisque in
viam suam declinauit: & posuit Do-
minus in eo iniquitatē omniū nostrū
&. Quid sunt plagę istę in medio
manuum tuarum? * Et dicet: His
plagatus sum in domo eorum, qui
diligebant me, alleluia. Framea sus-
citare super pastorem meum, & su-
per virū coherentem mihi. Et dicit.

De Zacharia Propheta.

Cap. 12. v. 9. Cap. 13. v. 6. &c.

Lectio iij.

ET erit in die illa: quæram cõte-
tere omnes Gentes, quæ veniunt
contra Jerusalem. Et effundam super
domum David, & super habitatores
Jerusalem, spiritum gratiæ, & precū:
& aspicient ad me, quem confixerūt:
& plangent eum planctu quasi super
vnigenitum, & dolebunt super eum,
vt doleri solet in morte primogeniti.
In die illa magnus erit planctus in
Jerusalem. Et dicetur ei: Quid sunt
plagæ istę in medio manuum tuarū?
Et dicet: His plagatus sum in domo
eorum, qui diligebant me. Framea
suscitare super pastorem meum,
& super virum coherentem mihi;

C iij

di.

dicit Dominus exercituum : percutere pastorem, & dispergentur oves, & conuertam manum meam ad paruulos.
R. Tuam Coronam spineam veneramur Domine, tuam gloriosam recolimus Passionem: * Miserere nobis, qui passus es pro nobis, alleluia. *ŷ.* Salua presentem cateruam in tuis hodie laudibus congregatam. Miserere. Gloria Patri. Miserere.

In secundo Nocturno.

Antiph. Pro frumento ortus est mihi tribulus, & pro hordeo Spina, alleluia. *Psalm.* Cum inuocarem. *Psalm.* Verba mea.

Psalm. Domine Dominus noster.

ŷ. Gloria & honore coronasti eum Domine, alleluia.

R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, alleluia.

Ex tractatu Sancti Athanasij de Passione Domini.

Lectio i. Tom. 3.

Cum exueretur Dominus, eo ipso inuisibiliter erigebatur de diabolo trophæum: & quo illud manifestum fieret, narratur a Ioanne, indutum fuisse purpura: a Matthæo verò, & Marco, chlamyde coccinea, Coronamque illi ex Spinis super caput esse positam, & calamum in manus datum; & ita cum eum produxissent, genibus flexis adorasse. Miraculum nouum, & incredibile, & magnæ sine dubio victoriæ insignie: quæ enim ut hominem cõdemnauerant, eum mortuum deinde ut Deum adorauerunt: & quem aspernabantur ut vilem, & contemptibilem, eum confitebatur Regem: cui tunicam, &

vestem dextraxerant, eum purpura circumdederunt: & quem ignorantes contumelijs afficiebãt, eum Prophetam etiam nolentes appellauerunt: & quem per ludibrium subsannationeque pulsabant, ei triumphalia addiderunt ornamenta, coccineam chlamydem, & Coronam spineam, & calamum. Nam tametsi ea quasi per contumeliam agebant, efficiebatur tamen inde, ut ab eo latenter spoliarentur.

R. Corona aurea super caput ejus: * Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis, alleluia. *ŷ.* Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus Coronam de lapide pretioso. Expressa.

Sermo Sancti Ambrosij Episcopi.

Serm. 72. qui est. 19. de Sancto Cypriano.

Lectio v.

Videamus diligenter, ne ex palmitate operis nostri non nascatur dulcedinis vicia, sed fellis; ne dicatur nobis, quod Judæis dictum est per Prophetam: Sustinuit, ut faceret vnam, fecit autem spinas: & non iustitiam, sed clamorem. Quam dura conditio, ut possessio quæ Domino suo suauitatis fructus afferre debuit, Spinarum illum asperitate compunxerit: hoc est cum Judæi Saluatorem debuerint tota fidei deuotione suscipere, Spinarum eum coronauerunt Passione. Quæ Corona quidem, quantum in Judæis est, erat injuriarum contumelia; quantum in Domino, erat Corona virtutum. Compungunt ergo,

go Judæi Dominum, dum coronant. compungunt, dum crucifigunt. Unde ait Scriptura Sancta. Videbunt in quem compunxerunt.

R. Omnes amici mei dereliquerunt me, & præualuerunt insidiantes mihi, tradidit me, quem diligebā: * Et terribilibus oculis plaga crudeli percutientes, subsannabāt mihi, alleluia. *ŷ.* Inter iniquos projecerunt me, & non pepercerunt animæ meæ. Et terribilibus.

Lectio vj.

Igitur, fratres, videte, ne & nobis dicatur: Sustinui, vt faceret vuā, fecit autem spinas: hoc est, ne Spinās, quas Domino Judæi cruentis imposuerūt manibus, nos iniquis sensibus apponamus, & compungamus eum non asperitate sentium, sed operum prauitate. Sunt enim spinæ cordis, quæ Verbū Dei etiam vulnerare cōsueuerunt, de quibus meminit in Euangelio Saluator, dicens: Seminātis fermen cecidisse inter Spinās, & crevisse eas, ac suffocasse, quod fatū est. Ergo, fratres, videte, ne vinea vestra non vuas, sed Spinās faciat, ne vindemia vestra non vinum afferat, sed acetum. Quisquis enim vindemiam legit, & pauperibus non largitur, ille acetum colligit, non vinum. Quisquis messes recondit, & indigentibus non ministrat, iste non alimonie fructus reposuit, sed tribulos auaritiæ congregauit. Nā propterea ait Scriptura de terra nostra: Spinās, & tribulos germinauit tibi.

R. Vineā mea electa, ego te plantaui: * Quomodo conuersa es in ama-

ritudinem, vt me Spinis coronares? alleluia. *ŷ.* Sepiui te, & lapides elegeri ex te, & ædificaui turrim. Quomodo. Gloria Patri, &c. Quomodo.

In tertio Nocturno.

Antiph. Grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur Spina, alleluia.

Psalms. Cantate Domino, j.

Psalms. Dominus regnauit, exultet terra. *Psalms.* Cantate, ij.

ŷ. Eris Corona gloriæ in manu Domini, alleluia.

R. Et diadema regni in manu Dei tui, alleluia.

Lectio S. Euangelij secundum

Joannem.

Lectio vij. Cap. 19.

In illo tempore: Apprehendit Pilatus Jesum, & flagellauit: et milites plectentes Coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini.

Episcopi.

Tract. 116. in Joann.

Hoc Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi vt ejus injurijs Judæi fatiati, sufficere sibi existimarent, & vsque ad ejus mortem sæuire desisterent. Ad hoc pertinet, quod idem Præses cohortem suam etiam permisit facere, quæ sequuntur, aut fortassis & iussit, quamuis hoc Euangelista tacuerit: dixit enim, quid deinde fecerint milites, Pilatum tamen id iussisse non dixit.

R. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia ejus, * Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in

ore

ore ejus, alleluia.

¶ Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non conminabatur. Qui peccatum.

Lectio viij.

ET milites, inquit, plectentes Coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus, & veste purpureâ circumdederunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant: Ave Rex Judæorum, & dabant ei alapas. Sic implebatur quæ de se prædixerat Christus: sic martyres informabantur ad omnia, quæ persecutori libuisset facere, perferenda: sic paulisper, occultata tremenda potentia, commendabatur prius imitanda patientia; sic regnum, quod de hoc mundo non erat, superbū mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat: sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia, vt mirabili pullularet in gloria.

¶ Milites Præsidis suscipientes Jesū in prætorium, congregauerunt ad eū vniuersam cohortem; & exuentes eum clamydem coccineam circumdederunt ei: * Et plectentes Coronā de spinis posuerunt super caput ejus, alleluia. ¶ Genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave Rex Judæorum. Et plectentes. Gloria Patri. Et plectentes.

Lectio jx.

EX iis ergo Jesus portans Coronam spineam & purpureum vestimentum: & dicit ei Pilatus: Ecce homo. Hic apparet non ignorante Pilato hæc à militibus facta, siue iusserit ea, sine permiserit, illa scilicet

causa, quam supra diximus, vt hæc ejus ludibria inimici licētissimè biberent, & vltius sanguinem non siterent. Egreditur ad eos Jesus portans spineam Coronam, & purpureum vestimētum, non clarus imperio, sed plenus opprobrio, & dicit eis: Ecce homo. Si Regi inuidetis, jam parcite, quia dejectū videtis. Flagellatus est, Spinis coronatus, ludibriosa veste amictus est, amaris conuitijs illusus est, alapis cæsus est: feruet ignominia, frigescat inuidia; sed non frigescit, inardescit potius, & increfcit.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES,

& per Horas. Antiph.

Milites Præsidis suscipientes Jesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, alleluia. *Psalm.* Dominus regnavit, cū reliquis de Dominica. *Antiph.* Et exuentes eum, clamydem coccineam circumdederunt ei, alleluia.

Antiph. Et plectentes Coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus, alleluia.

Antiph. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave Rex Judæorum, alleluia. *Antiph.* Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus, alleluia.

Capitulum. Sap. 3.

Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diadematē, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus.

Hymnus

Hymnus.

A Terno Regi gloriæ
 Deuota laudum cantica
 Fideles soluant hodie
 Pro Corona Dominica.
 Coronat Regem omnium
 Corona contumeliæ:
 Cujus nobis opprobrium
 Coronam confert gloriæ.
 De Spinarum aculeis
 Christo Corona plectitur:
 Qua ministris tartareis
 Mundi potestas tollitur.
 Corona Christi capitis,
 Sacro perfusa sanguine,
 Pœnis solutis debitis,
 Reos purgat à crimine.
 Ut sis perenne mentibus
 Paschale Jesu gaudium;
 A morte dira criminum
 Vitæ renatos libera.
 Deo Patri sit gloria,
 Et filio, qui à mortuis
 Surrexit, ac Paraclito,
 In sempiterna sæcula. Amen.
 ¶ Dominus regnauit, decorem induit, alleluia. *℞.* Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute, alleluia.

Ad Benedictus.

Antiph. Milites induunt Jesum purpura, & imponunt ei plectentes spineam Coronam, & cœperunt salutare eum: Aue Rex Judæorum, alleluia.

A D T E R T I A M.

Antiph. Et expuētes eum. *Capitulum.*
 Egredimini. *ut supra.*
℞. br. Tuam Coronam adoramus Domine, Alleluia. Tuam Coronam.

¶ Tuum gloriosum recolimus triumphum. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Tuam. ¶ Gloria, & honore coronasti eum Domine, alleluia.

℞. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, alleluia.

A D S E X T A M.

Antiph. Et plectentes coronam.

Ioan. Apocal. cap. 6.

Capitulum.

Veni, & vide: & ecce equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei Corona, & exiuit vincens, ut vinceret.

℞. br. Gloria, & honore coronasti eum Domine, Alleluia, alleluia. Gloria, & honore. ¶ Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Alleluia, alleluia, Gloria Patri, &c. Gloria, & honore. *℞.* Eris Corona gloriæ in manu Domini, alleluia. ¶ Et Diadema Regni in manu Dei tui, alleluia.

A D N O N A M.

Antiph. Et expuētes in eum.

Capitulum. *Isaiæ cap. 28. b.*

IN die illa erit Dominus exercituum Corona gloriæ, & sceptrum exultationis residuo populi sui.

℞. br. Eris Corona gloriæ in manu Domini. Alleluia, alleluia. Eris Corona. ¶ Et Diadema Regni in manu Dei tui. Alleluia, alleluia, Gloria, &c. Eris Corona.

¶ Dominus regnauit, decorem induit, alleluia. *℞.* Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute, alleluia.

In secundis Vesperis omnia, ut in primis. *Ad Magnificat.*

Antiph. O Coronæ miranda dignitas

D mor-

mortis poenas debitas repellis, tu spes lapsis, firmitas infirmis, tu restauras Coronas perditas, alleluia, alleluia.

DIE XVIII. MAII.

*In festo S. Venantij Martyris, semidupl.
Omnia de Comuni Martyrum tempo-
pe Paschali, præter ea, quæ hic sunt præ-
rria. Capitulum. Sap. 5.*

Stabunt iusti in magna constan-
tia aduersus eos, qui se angustia-
uerunt, & qui abstulerunt labores eo-
rum.

Hymnus.

Martyr Dei Venantius,
Lux, & decus Camerinum,
Tortore victo, & iudice
Lætus triumphum concinit.
Annis puer, post vincula,
Post carceres, post verbera,
Longa fame frementibus
Cibus datur leonibus.
Sed ejus innocentia
Parcit leonum immanitas,
Pedesque lambunt Martyris,
Irae, famisque immemores.
Verso deorsum vertice
Haurire fumum cogitur:
Costas vtrimque, & viscera
Succensa lampas vstulat.
Sit laus Patri, sit Filio,
Tibique Sancte Spiritus:
Da per preces Venantij
Beata nobis gaudia. Amen.
y. Sancti, & iusti in Domino gaude-
te, alleluia. r. Vos elegit Deus in
hæreditatem sibi, alleluia.

Ad Magnificat.

Antiph. Lux perpetua lucebit San-
ctis tuis Domine, & æternitas tem-

porum, alleluia.

Oratio.

Deus, qui hunc diem Beati Ve-
nantij Martyris tui triumpho
consecrasti: exaudi preces populi tui,
& præsta; vt qui ejus merita venera-
mur, fidei constantiam imitemur. Per
Dominum nostrum.

Ad Matutinum Inuitatorium.

Exultet in Domino Sancti, * alleluia

Hymnus.

Athleta Christi nobilis,
Idola damnat Gentium,
Deique amore saucius
Vitæ pericla despicit,
Loris reuinctus alperis
E rupe præceps voluitur:
Spineta vultum lancinat:
Per saxa corpus scinditur.
Dum membra raptant Martyris,
Languent siti satellites:
Signo Crucis Venantius
E rupe fontes elicit.
Bellator ò fortissimè
Qui perfidis tortoribus
E caute præbes poculum,
Nos rore gratiæ irriga.
Sit laus Patri, si Filio,
Tibique Sancte Spiritus:
Da per preces Venantij
Beata nobis gaudia.
Amen.

In primo Nocturno.

Lectioes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

Venantius Camers quindecim
annos natus, cū Christianæ Re-
ligionis accusaretur apud Antiochū,
qui sub Decio Imperatore Camerino
præ-

præerat, in porta ciuitatis Præfidi se obtulit: quem ille pollicitationibus, ac terroribus diu tentatū flagris cedi & vinculis astringi iussit: sed ijs mirabiliter ab Angelo solutus, lampadibus postea aduritur, atq; inuerso ore fumo supposito suspēditur. Ejus cōstantiam in tormentis demiratus Anastasius Cornicularius; & quod eum ab Angelo iterum solutum candida veste supra fumum ambulantem vidisset, in Christum credidit, & à Beato Porphyrio Presbytero cū familia baptizatus, paulo post martyrij palmā cum eodem promeruit.

℞. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, * Et æternitas temporum, alleluia, alleluia. ŷ. Lætitia sempiterna erit super capita eorum: gaudiū, & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Extra tempus Paschale.

℞. Honestum fecit. 13.

Lectio v.

AT Venantius Præfidi sistitur, & ab eo iterum frustra tētatus vt Christi fidē desereret, in carcerem conjicitur: quó Attalus Præco mittitur, qui ei dicat, se quoque Christianum fuisse, & ei nomini propterea renuntiasse, quod cognouisset inane esse fidei commentum, quo Christiani presentibus se abdicant ob vanam futurorum spē. Verum nobilis Christi athleta callidi hostis insidias non ignorans, diaboli ministrum à se penitus reiecit. Quare ad Præfidē iterum adducto omnes cōtusi sunt dentes, maxillæque fractæ, atque ita cæsus in sterquilinum dejicitur. Sed

inde ab Angelo quoque ereptus, rursus sterit ante iudicem: qui, Venantio adhuc loquēte, è tribunali cecidit, & in ea voce, verus est Venantij Deus, nostros Deos destruite, exclamans expirauit.

℞. In seruis suis, alleluia, * Consolabitur Deus, alleluia. ŷ. Judicabit Dominus populum suum, & in seruis suis. Consolabitur.

Extra tempus Paschale.

℞. Desiderium. 8.

Lectio vj.

QUod cum Præfidi nuntiatum esset, ex templo Venantium leonibus objici iussit; qui naturali feritate omissa, ad ejus se pedes abjecerunt: interim ille populum Christi fidem edocebat. Quare inde amotus, iterū in carcerē traditur. Cumq; postridie Præfidi referret Porphyrius, se per visum noctu populos, quos Venantius aqua tingeat, clarissima luce fulgentes, ipsum verò Præfidem obscurissima caligine opertum vidisse, Præses ira incensus, eū illicò capite plecti imperat. Deinde Venantiū per loca vepribus, & carduis confita trahi vsque ad vesperam. Is cum semianimis relictus esset, manēse iterū Præfidi præsetauit, cujus iussu statim é rupe præcipitatur: sed inde etiam diuinitus ereptus, denuo per loca aspera ad mille passus trahitur: vbi militibus sic æstuatibus, in proxima cōualle ex lapide, in quo & genuum formā reliquit, sicut etiā nūc in ejus Ecclesia videre licet, Crucis signo à Venantio facto, aquæ manarunt. Eo miraculo plures permoti in Christū

crediderunt, quos omnes Præses eo loco vna cum Venantio capite feriri iussit. Fulgura, & terræ motus eo tēpore ita magni fuere, vt Præses aufugeret: qui paucis tamen post diebus, diuinā haud valēs effugere iustitiā, turpissimam mortem oppetijt. Christiani interim Venantij, & aliorū corpora honorifico loco sepelierunt, quæ Camerini in Ecclesia Venantio dicata condita adhuc sunt.

R. Filix Jerusalem venite, & videte Martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus; * In die solennitatis, & lætitiæ, alleluia. *V.* Quoniam confortauit feras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die solennitatis. Gloria Patri. In die solennitatis.

Extra tempus Paschale.
R. Stola iucunditatis. *IO.*

In tertio Nocturno.
Homilia S. Augustini Episcopi in Euāgelium. Ego sum vitis vera: & Pater meus, &c. *vt in Communi Martyr. tempor. Paschali.*

AD LAUDES
& per Horas.

Antiph. Sancti tui Domine, cum reliquis de Communi.

Capitulum.
Stabunt iusti in magna constātia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum.

Hymnus.
DUm nocte pulsa Lucifer
Diem propinquam nuntiat,
Nobis refert Venantius
Lucis beatæ munera.

Nam criminum caliginem,

Stygisque noctem depulit:
Veroque ciues lumine
Diuinitatis imbuat.

Aquis sacris baptismatis
Lustrauit ille patriam:
Quos tinxit vnda milites
In astra misit Martyres.
Nunc Angelorum particeps,
Adesto votis supplicum:
Procul repelle crimina,
Tuumque lumen ingere.
Sit laus Patri, sit Filio,
Tibique Sancte Spiritus:
Da per preces Venantij
Beata nobis gaudia. Amen.

V. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. *R.* Mors Sanctorum eius, alleluia.

Ad Benedictus
Antiph. Filix Jerusale, venite, & videte Martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus in die solennitatis, & lætitiæ, alleluia, alleluia.

Oratio.
DEus, qui hunc diem Beati Venantij Martyris tui triumpho consecrasti: exaudi preces populi tui, & præsta; vt qui ejus merita veneramur, fidei constantiā imitemur, Per Dominum, &c.

Missæ. Protexisti me Deus, &c.
de eodem Commun. *Orationes prop.*
Prima. Deus, qui hunc diem, &c. *vt supra.*

Secreta.
Hanc oblationem, omnipotens Deus, B. Venantij merita tibi reddant acceptam: vt ipsius subsidijs aduti, gloriæ ejus consortes efficiamur, &c.

Post

Post communio.

Sumplimus Domine æternæ vi-
tæ Sacramenta te humiliter de-
precâtes: vt B. Venâtio Martyre tuo
pro nobis deprecante, veniam nobis
côcilient, & gratiâ. Per Dominû, &c.

Si autem celebretur post tempus Pasch.
Omnia dicuntur vt in Commun. vnius
Mart. extra tēpus Pasch. præter ea, quæ
hic sūt propria: & in tertio Nocturno,
Homilia S. Gregorij Papæ in Euāg. Si
quis veniat ad me, &c. de Cōmuni vnius
Mart. Missa. In virtute tua Domine,
&c. vt in Cōmuni vnius Martyr. non
Pontif. Orationes vt supra, & Euāgel.
Si quis venit ad me, &c. de Cōmuni
Martyr. Pontif.

In secundis Vesperis à Capitulo fit de
Sancto Petro Cælestino Papa, & Cōf.
cùm comm. Venantij Martyris.

DIE XIX. MAII.

In Festo Sancti Petri Cælestini Pa-
pæ, & Confessoris, Semiduplex.

Omnia de cōmuni Confess. Pontif.
præter ea quæ sequuntur.

Oratio.

Deus, qui Beatum Petrum Cæ-
lestinum ad Summi Pōtifica-
tus apicem sublimasti, quique illum
humilitati postponere docuisti: con-
cede propitius: vt ejus exemplo cun-
cta mūdi despiciere, & ad promissa
humilibus præmia peruenire felici-
ter mereamur. Per Dominum.

Deinde fit cōm. S. Venantij Martyris.

Posteâ Sanctæ Pudencianæ Virgin.

In primo Nocturno, | Lectiones de
Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Petrus, à nomine quo Pōtifex est
appellatus, Cælestinus dictus,
honestis, Catholicisque parentibus
Æfernię in Sānitibus natus, adoles-
centiā vix ingressus, vt animū à mū-
di illecebris custodiret, in solitudi-
nē secessit. Ibi contēplationibus mē-
tem nutriēs, corpus in seruitutē redi-
gēs, ferream catenam ad nudam car-
nem adhibebat. Congregationē, quæ
posteâ Cælestinorum dicta est, iūb
Regula Sancti Benedicti instituit.
Hinc quasi lucerna supra candela-
brum posita, cum abscondi nequiret
(Romana Ecclesia diū viduata Pa-
store) in Petri Cathedrā ignorans, &
absens ascitus, magna nouitatis ad-
miratione non minus quā repentino
gaudio cunctos affecit. Cum autem
in Pontificatus sublimitate colloca-
tus, varijs distentus curis, affuetis in-
cumbere meditationibus vix posse
cognosceret, oneri pariter, & honori
voluntariē cessit. Indeque priscā vi-
tæ rationem repetēs, obdormiuit in
Domino: ejusque pretiosam mortem
Cruce præfulgens in aère ante cubi-
culi ostium reddidit amplius glorio-
sam. Miraculis multistam viuēs, quā
post obitum claruit, quibus ritē ex-
aminatis, Clemēs Quintus anno post-
quam decessit vndecimo, Sanctōrum
numero ad scripsit.

ꝛ. Inueni David. 14.

Ex libro Moralium S. Gregorij
Papæ.

Lib. 10. cap. 16. in cap. 12. Job.

D iij Le

Lectio v.

Deridetur iusti simplicitas. Huius mundi sapiētia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare; quæ falsa sunt, vera ostēdere: quæ vera sunt, falsa demōstrare. Hæc nimirum prudentia vsu á iuuenibus scitur, hæc à pueris pretio discitur, hanc qui sciunt, ceteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subiecti, & timidi in alijs mirantur: quia ab eis hæc eadē duplicitatis iniquitas nomine palliata diligitur, dū mētisperueritas vrbānitas vocatur. Hęc sibi obsequentibus præcipit honorū culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogat ab alijs mala multiplicius reddere: cum vires suppetūt, nullis resistētibus cedere; cum virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare. & Posui adiutorium. 12.

Lectio vj.

AT cōtra, sapiētia iustorum est, nil per ostensionē fingere, sensum verbis aperire, vera vt sunt diligere, falsa deuitare; bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quā facere: nullam injuriæ vltionē quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hęc iustorum simplicitas deridetur, quia ab huius mūdi sapiētibus puritatis virtus fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis proculdubio stultū putatur: & quidquid in opere veritas approbat, carnali sapiētiae fatuū sonat. Quid nāque stultius videtur mūdo, quā mentē verbis osten-

dere, nil callida machinatione simulare, nullas injurijs contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quærere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutienti alteram maxillam præbere?

& Ille est, qui ante Deum. 12.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundū Matthæum.

Lectio vj. Cap. 19.

IN illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Homilia in natali S. Benedicti.

Perfectus ille est, qui abiens vendit omnia, quæ habet, & dat pauperibus, ac veniēs sequitur Christū: habebit enim thesaurū non deficientē in cælis. Vnde benè interrogante Petro, dixit talibus Jesus: Amē dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. In hac quippe vita pro ejus nomine laborātes, in alia præmiū sperare docuit: id est, in regeneratione, cū videlicet in vitā immortalē fuerimus resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti.

& Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum. † Induit eum Dominus lorica fidei

fidei, & ornauit eum. Et ad portas.

Lectio viij.

ET iusta prorsus retributio, vt qui hic pro Christo humanæ gloriæ celsitudinis neglexerunt, illic à Christo iudices glorificati singulariter cum eo assideant, qui à sequendis eius vestigijs nulla ratione poterant auelli. Nemo autem putet, duodecim tantum Apostolos, quia pro Juda præuaricante Mathias electus est, tunc esse iudicatos: sicut nec duodecim solæ sunt tribus Israel iudicandæ: alioquin tribus Leui, quæ tertia decima est, in iudicata recedet.

Tu autem Domine.

¶ Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. y. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes.

Gloria Patri. Et vos similes.

Lectio ix.

Pudentiana Virgo Pudentis Romani filia, parentibus orbata, cū admirabili pietate Christianam Religionem coleret, vna cū sorore Praxede pecuniam ex vendito patrimonio redactam pauperibus distribuit, seque jejunijs, & orationibus dedit. Cujus etiam opera tota eius familia, in qua erant nonaginta sex homines, à Pio Pontifice baptizata est. Quod autem ab Antonio Imperatore sancitum erat, ne Christiani publicè sacrificia facerent: Pius Pontifex in ædibus Pudentianæ cum Christianis

facra celebrabat, Quibus illa benigne acceptis, quæ ad vitam necessaria essent, suppeditabat. Itaque; In his Christianæ pietatis officijs migravit è vita, & in sepulchro patris ad cœmeteriū Priscillæ Via Salaria sepulta est, decimo quarto Kalendas Iunij.

Te Deum laudamus.

Si hoc Festum transferatur, nona Lectio de eadem Homilia habetur in Festo Conuersionis S. Pauli 25. Ianuarij.

In Laud. fit commemor. S. Pudentianæ Virgin.

Missæ. Satuit ei Dominus, de Communi Confes. Pontif. Oratio vt supra. Euāgelium. Ecce nos reliquimus omnia, vt in Communi Abbatum, & cōmem. S. Pudentianæ Virgin.

In Secundis Vesperis à Capitulo de sequenti Festo cum commemoratione S. Petri Cælestini.

DIE XX. MAIL.

In Festo Sancti Bernardini Senensis Confessoris Semiduplex.

Omnia de Communi Confess. non Pōtif. præter Orationem, & Lectiones secundi Nocturni.

Oratio.

Domine Jesu, qui Beato Bernardino Cōfessori tuo eximiū sancti nominis tui amorem tribuisti: ejus, quæsumus, meritis, & intercessionem, Spiritum nobis tuæ dilectionis benignus infunde. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitatem ejusdem Spiritus Sancti Deus.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Le-

Lectio iu.

Bernardinus Albicesca nobili Senesi familia ortus, ab ineunte etate non obscura factitatis dedit indicia: nam a pijs parentibus honeste educatus. neglectis puerilibus ludis, inter prima Grammaticae studia, pietatis operibus animu intedit, jejunijs, orationi, & Beatissimae Virginis cultui praecipue addictus, Misericordia vero in pauperes fuit insigni: quae quidem omnia procedente tempore, quo melius posset excolere, eorum numero adscribi voluit, qui Senis in hospitali domo Beatae Mariae de Scala Deo inferuiunt. unde complures sanctitate celebres viri prodierunt. Ibi corporis afflictione, & aegrotantium cura, dum atrox pestilentia grassaretur, incredibili charitate sese exercuit. Inter caeteras autem virtutes castitatem, egregia forma repugnante, sanctissime custodiuit, adeo ut eo praesente nemo unquam, ne impudentissimus quidem, verbum minus honestum proferre auderet.

ꝛ. Honestum fecit. 13.

Lectio v.

Graui morbo tentatus, eoque ad quatuor menses patientissime tolerato, demum incolumis, de religiosae vitae instituto capeffendo deliberare coepit: quo ut sibi viam munit, aediculam in extrema vrbe conduxit, in qua cum sese abdidisset, asperrimam omni ex parte vitam traheret, Deum assidue orans, ut quid sibi sequendum esset, ostenderet: quare diuinitus factum est, ut Beati Francisci Ordinem praeter ceteris optaret, in quo humilitate, patientia, aliisque re-

ligiosi hominis virtutibus excelluit. Id cum coenobij Rector animaduerneret, jamque antea Bernardini doctrinam, & Sacrarum Litterarum peritiam perspectam haberet, praedicandi onus eidem imposuit: quo humilissime suscepto, cum se minus idoneum agnosceret ob vocis exilitatem, ac rauitatem, Dei ope implorata, non sine miraculo ejusmodi impedimento liberatus est.

ꝛ. Amauit eum. 13.

Lectio vj.

Cumque ea tempora vitijs, criminibusque redudarent, & cruentis factionibus in Italia, diuina, humanaque omnia permixta essent, Bernardinus vrbes, atque oppida concursans, in nomine Iesu, quae semper in ore, & in pectore gerebat, collapsam pietatem, moresque verbo, & exemplo magna ex parte restituit: quo factum est, ut praeclearae ciuitates eum sibi Episcopum a Summo Pontifice postularent. quod ille munus inuicta humilitate constantissime rejecit. Denique vir Dei immensis laboribus exhaustis, multis, magnisque editis miraculis, libris etiam pie doctaeque conscriptis, cum vixisset annos sex ac sexaginta, in vrbe Aquila in Vestinis beato sine quieuit. Quae nouis in dies coruscantem signis, anno post obitum sexto Nicolaus Quintus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

ꝛ. Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum. Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus

gen-

gentibus.

ŷ. Ilte est, qui comtempfit vitam mundi, & peruenit ad cælestia regna. Quia te vidi. Glor. Pat. Quia te vidi.

In tertio Nocturno.

Homila Sancti Hieronymi Presbyteri in Euangeliū, Ecce nos reliquimus omnia, de Cōmuni Abbatum.

Missæ, Os iusti, de Cōmun. Confessoris non Pontific. Oratio propria. Euangel. Ecce nos reliquimus omnia, &c. de Communi Abbatum.

DIE XXV. MAII.

In festo Sanctæ Mariæ Magdalene de Pazzis Virginis, Semiduplex.

Omnia de Cōmuni Virginū, præter Orationē, & Lectiones secūdi Nocturni.

Oratio.

DEUS virginitatis amator, qui Beatā Mariam Magdalenam virginem tuo amore succensam, cælestibus donis decorasti: da, vt quam festiua celebritate veneramus, puritate, & caritate imitemur. Per Dominum nostrum.

Deinde fit commemor. Sancti Urbani Papæ, & Martyris.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

MARIA Magdalena illustriori Pazziorum genere Florētię nata, ferē ab incunabulis iter perfectionis arripuit. Decennis perpetuā virginitatem vouit, susceptoque habitu in Monasterio Sanctæ Mariæ Angelorum Ordinis Carmelitarum, se omnium virtutum exemplar ex-

hibuit. Adeo casta fuit, vt quidquid puritatem ledere potest, penitus ignorauerit. Quinquenniū, Deo iubente, solo pane, & aqua transegit, exceptis diebus Dominicis, quibus cibus quadragesimalibus vescebatur. Corpus suum cilicio, flagellis, frigore, inedia, vigilijs, nuditate, atque omni pœnarum genere cruciabat.

℞. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia. ŷ. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperē procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

TANTO igne diuini amoris aestuabat, vt eo ferendo impar, ingesta aqua pectus refrigerare cogeretur. Extra sensus frequenter rapta, diurnas, & admirabiles extases passa est, in quibus & arcana cælestia penetrauit, & eximijs à Deo gratijs illustrata fuit. His autem munita longum certamen à principibus tenebrarum sustinuit, arida, desolata, ab omnibus derelicta, varijsque tētationibus vexata; Deo sic permittente, vt inuictæ patientiæ, ac profundissimæ humilitatis exemplar præberet. ℞. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē: * Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, alleluia. ŷ. Propter veritatem, & mansuetudinē, & iustitiā. Propterea vnxit te Deus.

Lectio vj.

CHARITATE erga proximum singulariter enituit; nam sæpē noctes ducebat infomnes, vel obeundis Sororum ministerijs, vel inseruiēdo

E infr-

infirmis occupata, quarum aliquādo
ulcera lambens sanauit. Infidelium, &
peccatorum perditionem amarè de-
fiens, se ad quēlibet pro illorum sa-
lute tormenta paratam offerebat.
Multis ante obitum annis, vniuer-
sis cęli delicijs, quibus copiosè af-
fluebat, heroica virtute renuntians,
illud frequenter in ore habebat: Pati,
non mori. Tandem, longa, & grauif-
sima infirmitate exhausta, tranſiuit
ad Sponsū die vigesima quinta Maij
anno millesimo sexcentesimo septi-
mo, expleto anno quadragesimo
primo ætatis suæ. Eam multis in vi-
ta, & post mortem miraculis clarā
Clemens Nonus Sanctarum Virgi-
num numero adscripsit: cujus cor-
pus in præsentem diem incorruptū
conseruatur.

R. Afferentur Regi virgines post
eam, proximæ ejus. * Afferentur tibi
in lætitia, & exultatione, alleluia.

ŷ. Specie tua, & pulchritudine tua
intende, prosperè procede, & regna.
Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno.

*Homilia S. Gregorij Papæ in Euāge-
lium.* Simile erit regnum cęlorum
decē virginibus, de Cōmuni Virginū.

*Nona Lectio, & commem. in Laudi-
bus Sancti Urbani Papæ, & Martyris.*
Missæ. Dilexisti iustitiam, &c. cum O-
ratione propria, & comm. S. Urbani
Papæ, & Mart.

Vesperæ de S. Philippo Confessore.

*Formula imprimenda die xxxv. Maij
in Martyrologio primo loco, ac legenda
annuntiando Festum S. Mariæ Mag-
dalenæ de Pazzis.*

Florentiæ S. Mariæ Magdalenæ
de Pazzis Ordinis Beatissimæ
Virginis Mariæ de Monte Carmelo,
quam plurimis Dei donis, vitæque
innocentia, ac miraculorum gloria
illustrem Clemens Nonus Sanctarū
Virginum numero adscripsit.

DIE XXVI. MAII.

*In festo S. Philippi Nerij Confessoris
Congregationis Oratorij Fundatoris.*
Duplex.

*Omnia de Communi Confessoris non
Pontificis, præter Orationē, & Lectio-
nes secundi Nocturni.*

Oratio.

Deus, qui Beatum Philippum
Confessorem tuum, Sanctorū
tuorum gloria sublimasti: concede
propitius; vt cujus solennitate læta-
mur, ejus virtutū proficiamus exem-
plo. Per Dominum nostrum.

*Et fit commemoratio S. Mariæ Mag-
dalenæ de Pazzis, & S. Eleutherij Pa-
pæ, & Martyris.*

*Lectioes primi Nocturni de Scriptu-
ra occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Philippus Nerius pijs, honestisq̃
parentibus Florentiæ natus, ab
ip̃a ineunte ætate non obscura de-
dit futuræ sãctitatis indicia. Adoles-
cens, ampla patruī hæreditate dimis-
sa, Romam se contulit; vbi Philoso-
phia, ac sacris Litteris eruditus, to-
tum se Christo dicauit. Ea fuit absti-
nentiã, vt sep̃e jejunos triduum per-
manserit. Vigilijs, & orationibus in-
tentus, septē Urbis Ecclesias frequē-

ter

ter visitans, apud cœmeterium Calisti in cœlestium rerum contemplatione pernoctare consuevit. Sacerdos ex obedientia factus, in animarum salute procuranda totus fuit: & in confessionibus audiendis extremum usque diem perseuerans, innumeros penè filios Christo peperit, quos verbi Dei quotidiano pabulo, Sacramentorum frequentia, orationis assiduitate, aliisque pijs exercitationibus enutrir cupiens, Oratorij Congregationem instituit.

℞. Honestum fecit. 13.

Lectio v.

Charitate Dei vulneratus lægebatur jugiter: tantoque cor ejus æstuabat ardore, ut cum intra fines suos contineri non posset, illius sinu, contractis, atque elatis duabus costulis, mirabiliter Dominus ampliauerit. Sacrum verò faciens, aut feruentius orans, in aera quandoque sublatus, mira vndique luce fulgere visus fuit. Egenos, & pauperes omni charitatis officio prosequabatur: dignus qui & Angelo in specie pauperis elemosynam erogaret, & dum egentibus noctu panem deferret, in foueam lapsus, inde pariter ab Angelo incolumis eriperetur. Humilitati adductus, ab honoribus semper abhorruit, atque Ecclesiasticas dignitates, etiam primarias, non semel vltro delatas, constantissimè recusauit.

℞. Amauit eum 13.

Lectio vj.

Prophetiæ dono fuit illustris, & in animorum sensibus penetrans mirificè enituit. Virginitatē per-

petuò illibatam seruauit: idque affectus est, ut eos, qui puritatem colerent, ex odore; qui verò secus, ex foetore dignosceret. Absentibus interdum apparuit, iisque periclitantibus opem tulit. Ægrotos plurimos, & morti proximos, sanitati restituit. Mortuū quoque ad vitam reuocauit. Cœlestium spirituum, & ipsius Deiparæ Virginis frequenter fuit apparitione dignatus; ac plurimorum animas splendore circumfusas in cælum conscendere vidit. Denique anno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, octauo Kalendas Junias, in quem diem inciderat Festum Corporis Christi, sacro maxima spiritus exultatione peracto, ceterisque functionibus expletis, post mediam noctem, qua prædixerat hora, octogenarius obdormiuit in Domino. Quem Gregorius Decimus quintus miraculis clarum in Sanctorum numerum retulit.

℞. Iste homo perfecit. 13.

In tertio Nocturno.

Homilia in Euangelium. Sint lūbi vestri præcincti. *ut in Comuni Confessoris non Pontificis.*

Nona Lectio de S. Eleutherio Papa, & Mart. & de eo fit cōmem. in Laudib. Missa. Os iusti, de Comuni Confessor. non Pontif. Oratio Propria, & cōmem. S. Eleutherij Papæ, & Mart.

DIE XIII. JUNIJ.

In festo S. Antonij Cōfessoris. Duplex 2. class. cū oct. Recitandū in Regno Portugallie in die 13. Junij de Mādato S. D. N. Urbani Pp. VIII. à Sac. Rit. Cōgreg. recognitū, & approbatū. Eij Om-

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ hic habentur.

Ad Vesp. Antiph.

Sapientiam ejus narrent populi, & laudem ejus nunciet Ecclesia.

Psal. Dixit Dominus, Cum reliquis de Dominica, & ultimo loco.

Psal. Laudate Dominum omnes gentes. Antiph. Similem illum fecit in gloria Sanctorum, & in verbis suis monstra placavit.

Antiph. Dedit illi in præceptis suis potestatem, & in lege sua lucem dare Israel.

Antiph. Surrexit quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.

Antiph. Directus est divinitus in penitentiam gentis, & tulit abominaciones impietatis.

Capitulum. Eccl. 50.

Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis lucet, & quasi Sol effulgens, sic ille effulsit in domo Dei.

Hymnus.

Quid Lusitanos deferens,
Migras ad Afros? Sanguinis
Ostrum petis, sed candida
Debentur innocentia.
Alio ingruentes deferent
Venti: beabis Italos:
Tumulo fruuntur exteri,
Nomenque non suo dabunt.
Ah ne Beatis additus
Patriæ sepulchrum præferas:
Quæ fidus ora protulit,
Hæc prima vires sentiat.
Quin tu benigno lumine
Populos utrosque sospitas,
Ex æquo utrosque amplecteris:

Par es fouendis omnibus.

Præsta Pater pijsime,

Patrique compar vnice,

Cum Spiritu Paraclito

Regnans per omne seculum.

Amen.

ÿ. Amavit, & c. & Stolam.

Ad Magnificat. Antiph.

O lingua benedicta, quæ Dominum semper benedixisti, & alios benedicere docuisti, nunc perspicuè cernitur, quanti meriti fueris apud Deum.

Oratio.

Eccliam tuam, Deus, Beati Antonij Confessoris tui solennitas votiua lætificet, vt spiritualibus semper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per Dominum.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Regem Dominum in confessione Beati Antonij, Venite adoremus.

Psal. Venite. Hymnus.

Quid Lusitanos, vt supra.

In primo Nocturno.

De lib. Sapient. cap. 6. Lectio j.

Melior est sapientia, quàm vires, & vir prudens, quàm fortis. Clara est, & quæ nunquam marcessit sapientia, & facile videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam, præoccupat, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidètem enim illam foribus suis inueniet. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus: & qui vigilauerit propter illam, cito erit securus. Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, & in vijs suis ostendit

endit se illis hilariter, & in omni
rouidentia occurrit.

℞. Euge serue bone. *Lectio ij. c.7.*

Optaui, & datus est mihi sensus,
& inuocaui, & venit in me
spiritus sapientiæ: & præposui illam
regnis, & sedibus, & diuitias nihil ef-
se duxi in comparatione illius. Nec
comparaui illi lapidem pretiosum:
quoniam omne aurum in compara-
tione illius arena est exigua, & tan-
quam lutum æstimabitur argentum
in conspectu illius. Super salutem,
& speciem dilexi illam, & præposui
pro luce habere illā: quoniam inex-
tinguibile est lumen illius.

℞. Iustus germinabit.

Lectio iij.

Venerunt autē mihi omnia bo-
na pariter cum illa, & innume-
rabilis honestas per manus illius, &
lætatus sum in omnibus: quoniam
antecedebat me ista sapiētia, & igno-
rabam, quoniam horum omniū ma-
ter est. Quam sine fictione didici, &
sine inuidia communico, & honesta-
tem illius non abscondo. Infinitus e-
nim thesaurus est hominibus, quo
qui vsi sunt, participes facti sunt a-
micitia Dei, propter disciplinę dona
commendati. Mihi autē dedit Deus
dicere ex sentētia, & præsumere dig-
na horum, quæ mihi dantur: quoniā
ipse sapientiæ dux est, & sapientium
emendator.

℞. Ille cognouit.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

Antonius Vlyssipōnē in Lusitania honestis ortus parenti-

bus, & ab ijs piē educatus, adolescēs
institutū Canonorum Regulariū
suscepit. Sed cum corpora Beatorum
quinque Martyrum Fratrum Mino-
rum Conimbriam transferrentur,
qui paulo ante apud Marrochiū pro
Christi fide passi erāt, martyrij desi-
derio incensus, ad Frāciscanum Or-
dinem transiuit. Mox eodem ardore
impulsus, ad Saracenos ire perrexit:
sed aduersa valetudine afflictus, &
redire coactus, cum nauis ad Hispani-
æ littora tenderet, ventorum vi in
Siciliam delatus est.

℞. Honestum.

Lectio v.

Arsisium ē Sicilia ad Capitulum
Generale venit: inde in eremū
montis Pauli in Æmilia secessit, vbi
diuinis contemplationibus, jēunijs,
& vigilijs diū vacauit. Postea sacris
Ordinibus initiatus, & ad prædican-
dum Euāgelium missus, dicendi sa-
pientia, & copia tantum profecit, tā-
tamque sui admirationem commo-
uit, vt eum Summus Pontifex ali-
quando concionantem audiens, Ar-
cam testamenti appellarit. In primis
verò hæreses summa vi profligauit,
ideoque perpetuus hereticorū mal-
leus est vocatus.

℞. Amauit eum.

Lectio vj.

Prtmus ex suo Ordine, ob doctri-
næ præstantiam, Bononiæ, & ali-
bi, sacras litteras est interpretatus,
Fratrumque suorum studijs præfuit.
Multis vero peragratis prouincijs,
anno ante obitum Patauium venit,
vbi illustria sanctitatis suę monimē-

E. iij ta

ta reliquit. Denique magnis laboribus pro gloria Dei perfunctus, meritis, & miraculis clarus obdormiuit in Domino, Idibus Junij, anno salutis millesimo ducētesimo trigesimo primo: quem Gregorius Nonus Pontifex Maximus Sanctorum Confessorum numero adscripsit.
 ꝛ. Iste homo.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tēpote: Dixit JESVS Discipulis suis: VOS estis sal terræ: quod si sal euanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini
 Episcopi.

Ostendit Dominus fatuos esse iudicandos, qui temporalium bonorum vel copiam sectantes, vel inopiam metuentes, amittunt æterna, quæ nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Id est, si vos, per quos condiendi sunt quodāmodo populi, metu persecutionum temporalium amiseritis regna cælorum; qui erunt homines, per quos à vobis error auferatur, cū vos elegerit Deus, per quos errorem auferat cæterorum?

ꝛ. Iste est qui ante Deum.

Lectio viij.

ERgo ad nihilum valet sal infatuatum, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, Non itaque calcatur ab hominibus, qui patitur persecutionē: sed qui persecutio-

nem timendo infatuatur. Calcari enim non potest, nisi inferior: sed inferior non est, qui quamuis corpore multa in terra sustineat, corde tamē fixus in cælo est.

ꝛ. In medio Ecclesiæ.

Lectio ix.

VOS estis lumen mundi, quomodo superius dixit sal terræ, sic nunc dicit lumen mundi. Nam neque superius ista terra accipienda est, quam pedibus corporeis calcamus; sed homines, qui in terra habitant, vel etiam peccatores, quorum condiendis, & extinguendis putoribus, Apostolicum salē Dominus misit: & hic mundum, nō cælum, & terram, sed homines, qui sunt in mūdo, vel diligunt mundum, oportet intelligi, quibus illuminandis Apostoli missi sunt. Nō potest ciuitas abscondi supra montem posita: id est, fundata super insignē, magnamque iustitiam, quam significat etiam ipse mons, in quo disputat Dominus. Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

Et per Horas Añæ.

Sapientiam, cum reliquis vt in j. Vesp.

Psalms. Dominus regnauit, cum reliquis de Dominica. Capitulum. Quasi stella, vt supra.

Hymnus.

LÆti sodales plaudite:
 Diem refert Antonius,
 Cæli decus, flos cælitum,
 Et Solis astro pulchrior.
 Hic ille, qui facundia
 Ciues, & vrbes commouet:
 Vertit rebelles Numini

In

In filiorum pectora.
 Hic ille, quam natantium
 Cohors theatrales gradus
 Formans in vndis, audijt,
 Mortalibus prudentior:
 En jure lingua nobilis
 Extincta viuis, rorida,
 Prisca rubens in purpura;
 Et muta adhuc est eloquens.

Deo Patri sit gloria,
 Ejusque soli Filio,
 Cum Spiritu Paraclito,
 Nunc, & per omne seculum.

Amen. *v. Justum, &c.*

Ad Benedictus, Antiph.

Fauus distillans labia ejus, mel, & lac
 sub lingua ejus. *Oratio.*

Ecclesiam tuam Deus, &c.

Ad Tertiam, Antiph.

Similem illum.

Capit. Quasi stella.

v. Breue. Amauit eum.

Ad Sextam, Antiph.

Dedit illi.

Capitulum. Eccl. 50.

Quasi arcus refulgens inter ne-
 bulas glorię, & quasi flos rosa-
 rum in diebus vernis, & quasi lilia,
 quę sunt in transitu aquę, & quasi
 thus redolens in diebus estatis. *v.*
 Os justii.

Ad Nonam, Antiph.

Directus est.

Capitulum. Eccl. 50.

Quasi vas auri solidum ornatũ
 omni lapide pretioso, quasi o-
 liua pullulans, & cypressus in altitu-
 dinem se extollens.

v. Lex Dei ejus.

In secundis Vesperis, omnia vt in primis

*v. Justũ deduxit Dominus per vias
 rectas. v. Et ostendit illi regnum
 Dei.*

Deinde fit comm. S. Basilij.

Die xiv. Junij.

*Fit de Sãcto Basilio Episcopo, & Cõfes-
 fore: cum commem. Octauę S. Antonij.*

*Et in secundis Vesp. fit comm. SS. Viti,
 & Sociorum Martyrum.*

Die xv. Junij.

TERTIA DIE.

Infra Oct. S. Antonij.

*In primo Nocturno leguntur Lectiones
 de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Gregorij Na-
 zianzeni.

Lectio iij.

ALij aliud quidpiam rectę, & cũ
 laude faciunt: nonnulli, etiam
 ex pluribus virtutis generibus quę-
 dam assequuntur. Nemo autem est,
 qui omnia ad summum absoluerit,
 eorum duntaxat, quos nos cognosci-
 mus; verum is apud nos prestantissi-
 mus habetur, qui vel plura comple-
 xus fuerit, vel vnus numeros omnes
 expleuerit. Sed Antonius omnium
 virtutum genera peragrauit.

v. Honestum.

Lectio v.

Est qui paupertatem laudet, vi-
 tamque simplicem, & superua-
 caneis rebus carentem? Illi vero quid
 vnquam fuit preter corpus, ac ne-
 cessaria carnis integumenta? Diuitiæ
 autē illi erant nihil habere, & crux,
 quam solam tota vita familiarem
 habebat, multisque pecunijs excel-
 lētiorem sibi esse existimabat. Neq;
 enim

enim fieri posse, vt quisquam omnia, etiam si velit, colligat, verum omnia aspernari licere, sicque omnibus rebus præstantiorē, sublimiorēque se præbere.

℞. Amavit eum. *Lectio vj.*

HAc porro mente præditus, atque ita comparatus, auro opus non habuit, nec inani gloria, nec publico illo præconio, Crates Cratetē Thebanū libertate donat; esse enim optimus, non videri studebat. Nec vero in dolio, ac medio foro habitabat, vt ex omnium largitione deliciosius viueret, inopiam in rerum copiam nouo modo conuertens; verū pauper erat, ab omni gloriæ cupiditate alienus, atque omnibus facultatibus, quas vnquam habuit, æquo animo projectis, leuiter, facileque vitæ pelagus transmittebat.

℞. Iste homo.

In secundo Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Mattheum.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: Vos estis sal terræ: quod si sal euauerit, in quo salietur? Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, id est fundata super insignem, magnamque iustitiam, quam significat etiam ipse mons, in quo disputat Dominus. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio. Quid putamus, ita esse dictum, sub modio, vt occulta-

tio tantum lucernæ accipienda sit, tanquam si diceret: Nemo accendit lucernam, & occultat illam? An aliquid etiam modius significat, vt hoc sit ponere sub modio, superiora facere corporis commoda, quàm prædicationem veritatis? Vt ideo quisque veritatem non prædicet, dum timet, ne aliquid in rebus corporalibus, & temporalibus molestiæ patiatur.

℞. Iste est, qui.

ET bene modius dicitur, siue propter retributionem mensuræ, qua quisque recipiet, quæ gessit in corpore: vt illic, inquit Apostolus, recipiet vnusquisque, quæ gessit in corpore: & tanquam de hoc modo corporis alio loco dicitur, In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur et vobis. Siue quoniam tēporalia bona, quæ corpore peraguntur, certa dierum mensura, & inchoantur, & transeunt, quam fortasse significat modius: eterna vero, & spiritualia nullo tali fine coercentur.

℞. In medio Eccles.

Nona Lectio legitur de Sanctis Vito, & Socijs Martyribus.

Die xvi. Junij.

QUARTA DIE

Infra Oct. S. Antonij.

In primo Nocturno leguntur Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De sermone Sancti Gregorij

Nazianzeni.

Lectio iij.

Præclara res est continentia, & paruo contentum viuere, nec a voluptatibus superari, nec ventri-

tan-

tanquam truculento, & sordido domino parere. Quis vnquã tenuiori, ac pariori cibo vltus, pene etiam dicam perinde carnis expers? Nam vëtris ingluuiem, atque ingurgitationem ad eos abjecerat, qui ab hominũ natura ad brutorum naturam magis degenerarũt, quorumque seruilis est vita, atque in terram prona.

ꝛ. Honestum.

Lectio v.

Ipsẽ autem nihil eorum, quæ semel in stomachum trãsmilla, pari postmodum honore sunt, magni ducebat, verum necessarijs tãtum cibis, quandiũ licebat, vitam sustentabat, solasque has voluptates, ac delicias censebat, nempẽ à voluptatibus, ac delicijs abhorrere, nec ob eam causam pluribus postea indigere, sed lilia, & aues, quibus simplex, & nativa est pulchritudo, & victus facilis, atque ex tempore quæsitus, ob oculos habere, quẽadmodum Christus meus admonet, qui carnis paupertatem nostra causa subijt, vt nos diuinitatis ipsius opibus affluamus.

ꝛ. Amavit eum.

Lectio vj.

Eximia res est Virginitas, & cælibatus, atque in Angelorum; natureque singularis ordine censerì: vereor enim dicere Christi, qui cum propter nos procreatos procreandus esset, ex Virgine procreatur, virginitatem lege comprobans, vt hinc abducentem, ac mundum contrahentem, vel potius mundum ad mundũ transmittentem, præsentem nimirũ ad futurum. Quis igitur vel virginai-

tatem maiori honore profecutus est, vel carnem legibus frænauit, idque non suo tantũ exemplo, sed etiam per ea, quæ perfecit?

ꝛ. Iste homo:

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundũ Matthæum.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Vos estis sal terræ: quod si sal euauerit, in quo salietur? Et reliqua,

De Homilia Sancti Augustini
Episcopi.

Sub modio ergo lucernam ponit quisquis lucem bonæ doctrinæ commodis temporalibus obscurat, & tegit. Super candelabrum autem ponit, qui corpus suum ministerio Dei subicit, vt superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus corporis: per ipsam tamen corporis seruitutem excellentior luceat doctrina, quæ per officia corporalia, id est per vocem, & linguam, & cæteros corporis motus in bonis operibus insinuantur etiam discipulis. Super candelabrum ergo ponit lucernam, cum dicit Apostolus, Non, sic pugno, tanquam aerem cædens, sed castigo corpus meum, & seruituti subicio, ne fortẽ alijs prædicans, ipse reprobis inueniar.

ꝛ. Iste est, qui.

Lectio viij.

Quod vero ait, Vt luceat omnibus, qui in domo sũt, domũ puto dictam habitationem hominũ, id est ipsum mundum, propter id,

F quod

quod superius ait: Vox estis lux mundi. Aut si domum quisquam vult accipere Ecclesiam, nec hoc est absurdum. Sic luceat, inquit, lumen vestrum coram hominibus, ut videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in celis est. Si tantummodo diceret, Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant bona facta vestra, finem constituisse videretur in laudibus hominum, quas quærunt hypocritæ, & qui ambiunt ad honores, & captant inanissimam gloriam.

R. In medio Ecclesiæ.

Lectio ix.

Contra quos dicitur, Si adhuc hominibus placerem, Christi feruus non essem. Et per Prophetam, Qui hominibus placent, confusi sunt, quia Deus nihil fecit illos. Et iterum, Deus confringit ossa eorum, qui hominibus placent. Et rursus Apostolus, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Et ipse iterum: Probet autem se ipsum homo, & tunc in semetipso habebit gloriam, & non in altero. Te Deum.

Die xvij. Junij.

QUINTA DIE

Infra Oct. S. Antonij.

In primo Nocturno leguntur Lektionen de Scriptura occurrente,

In secundo Nocturno.

De Sermone Sancti Gregorij Nazianzeni.

Lectio xv.

Siqua vnquam fuit, vel futura est buccina in aerem quam latissime penetrans, aut vox Dei totum orbem complectens, aut vniuersæ terræ mo-

tus, nouo quodam, & mirando modo exortus, hæc omnia vocem illius, ac mentem fuisse existimo, tanto omnes superantem, ac post se relinquentem, quanto nos brutis animantibus superiores sumus. Quis seipsum magis spiritui purgavit, atque ita præparavit, ut dignus esset, qui oracula diuina explicaret? Quis rursus scientiæ luce vberius collustratus est, & profunda spiritus prospexit, ac cum Deo, quæ Dei sunt, perquisiuit?

R. Honestum.

Lectio v.

Quis porro dictionem habuit animi sensa melius interpretantem, ita ut neutro, multorum instar, claudicaret, nempe vel mente sermonis experte, vel sermone mentis inope, verum parem in utroque gloriam obtineret, parque ipse sibi haud dubie esset, vereque integer, atque absolutus? Spiritum quidem Sanctum omnia scrutari, etiam profunda Dei Scriptura testatur, non ut ignorantem, sed ut contemplatione maiorem in modum sese oblectantem. At Antonius omnia, quæ spiritus sunt, inuestigavit, ex eoque mores omnes erudiuit, ac sublimiter loqui docuit, hominumque animos a presentibus rebus distractos, ad futura traduxit.

R. Amavit.

Lectio vj.

Laudatur apud Dauidem Solis pulchritudo, & magnitudo, & cursus, & pernitas, & vis, ac facultas; quippe qui sponsum nitore, gigantem magnitudine referat, ad longe, lateque progrediendo tantam vim habet,

bet, vt ab extremis equabiliter extrema collustret, nec locorum intervallis calor ipsius vlllo modo minuat. Antonio itidem pro pulchritudine virtus fuit, pro magnitudine Theologia, pro cursu perpetuo virtutis agitatio, continuisque incrementorum gradibus ad Deum ferēs, pro viribus denique doctrinę semē, ac distributio.

℞. Iste homo.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Mattheum.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Vos estis sal terre. quod si sal euauerit, in quo salietur? Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Non ergo tantum dixit. Vt videant bona opera vestra, sed addidit, Et glorificent Patrē vestrū, qui in cęlis est, vt hoc ipsum, quod homo per bona opera placet hominibus, non ibi finem constituat, vt hominibus placeat, sed referat hoc ad laudem Dei, & propterea placeat hominibus, vt in illo glorificetur Deus. Hoc enim laudantibus expedit, vt non hominem, sed Deum honorent.

℞. Iste est, qui ante.

Lectio viij.

Hoc autem in ipso homine, quę portabat, Dominus ostēdit, vbi admiratę sunt turbę, paralytico sanato, virtutes ejus: sicut in Euāgelio scriptum est. Timuerunt, & glorifi-

cauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Cujus imitator Apostolus Paulus dicit, Tantum autem audientes erant, quoniam qui aliquando nos persequebatur, nunc euangelizat fidem, quam aliquando vastabat, & in me glorificabant Deū.

℞. In medio Eccl.

Lectio jx.

Docuērat Discipulos Dominus ne propter humanam gloriā boni essent, dicēs: Cauete facere iustitiam vestram corā hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedē non habebitis apud Patrē vestrū, qui in cęlis est. Sed rursus, ne hoc peruersē intelligentes, hominibus placere metuerēt, minusque prodesent latendo, quod boni essent, demonstrans quo fine innotescere deberent, Luceat, inquit, lumen vestrū coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificēt Patrē vestrum, qui in cęlis est. Te Deum.

In ij. Vesp. fit comm. SS. Marci, & Marcelliani Martyrum.

Die xvij. Junij.

S E X T A D I E

Infra oct. S. Antonij.

In primo Nocturno leguntur Lectio- nes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermone S. Gregorij Naziāzeni.

Lectio jv.

Age igitur cum multi viri, tum in veteri, tū in nouo Testamēto pietate illustres extiterint, Legisla- tores, Militares Duces, Prophetę, Doctores, fortes vsq; ad sāguinis pro- fusionem, cū illis Antonium nostrū

F ij

con-

conferamus, vt hic qualis fuerit percipiamus. Adam hoc honore affectus est, vt Dei manu crearetur, & deliciarum paradiso frueretur, legemque primam acciperet. Attamen ille, ne quid ob primigenij parentis reuerentiam, cōtumeliose dicam, præceptum non seruauit: hic autem & illud accepit, & conseruauit, nec à scientiæ ligno noxam contraxit, & flammeum gladium prætergressus haud dubiè ad paradisum peruenit.

℞. Honestum.

Lectio v.

ENos primus spe ad Dominum inuocandum adductus est: hic autem non solū inuocauit, sed quod inuocatione multo præstantius est, alijs quoque promulgauit. Enoch translatus est, pietatis præmium hac translatione consecutus, vitæque sequentis periculum effugit; hujus autem vita nihil aliud, quam translatio erat; quippe qui perfectè in vita perfecta probatus, & exploratus fuerit. Noe arca commissa est, & secunda mundi semina paruo ligno concredita, & in aquis conseruata; hic autem impietatis diluuium effugit, ciuitatesque salutis arcas effecit, in hereticorum vndis facilè, & leuiter supernatantes.

℞. Amavit.

Lectio vj.

MAgnus Abraham, & Patriarcha, & noui sacrificij sacrificator, eum, quem ex promissione acceperat, beneficij auctori offerens, victimam paratam, & alacrem, atque ad cædem properantem. Atque nec

parua hujus nostri laus est, qui se ipsum Deo obtulit, nec quicquam in ejus locum, tanquam ipsi par (quidnam enim illud esset?) substitutum est, sed plenè, perfectèque litatum. Isaac etiam, antequam in lucem ederetur, promissus est: hic autem seipsū promisit.

℞. Iste homo.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Vos estis sal terræ: quod si sal euauerit, in quo salietur. Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini
Episcopi.

Postquam Dominus cohortatus est audientes, vt se præpararent ad omnia sustinenda pro veritate, atque iustitia, & non absconderet bonum, quod accepturi erant, sed ea beneuolentia discerent, vt cæteros docerent, non ad laudem suam, sed ad gloriam Dei bona sua opera referentes, incipit eos jam informare, & docere, quid doceant, tanquam si quærenter dicentes: Ecce volumus omnia sustinere pro tuo nomine, & doctrinam tuam non abscondere. Sed quid est hoc ipsum, quod vetas abscondi, & pro quo jubes omnia tolerari?

℞. Iste est.

Lectio viij.

NUnquid aliud dicturus es contra ea, quæ in lege scripta sunt? Non, inquit, Nolite enim putare quoniam veni soluere legem, aut,
Pro-

Prophetas, non veni solvere, sed adimplere. In hac enim sententia sensus duplex est, secundum vtrumque tractandum est. Nam qui dicit, Non veni solvere legem, sed adimplere, aut addendo dicit, quod minus habet, aut faciendo, quod habet. Nam qui addidit, quod minus habet, non vtiq; soluit, quod inuenit, sed magis proficiendo confirmat. Et ideo sequitur, & dicit, Amen dico vobis, donec transeat celum, & terra, jota vnum, aut unus apex non preteribit a lege, donec omnia fiant. Dū enim fiunt etiam illa, quę adduntur ad perfectionem, multo magis fiunt illa, quę præmissa sunt ad inchoationem.

ꝛ. In medio Eccl.

IX. Lect. legitur de SS. Marco, & Marcell. Mart. cum comm. ad Laud.

In secundis Vesp. fit. commem. SS. Geruasij, & Protasij Mart.

Die xix. Junij.

S E P T I M A D I E

Infra oct. S. Antonij.

In primo Nocturno leguntur Lectio- nes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Serm. S. Gregorij (Nazianzeni.

Lectio jv.

Iam vero Jacob scalam, & colum-
nam eam laudo, quam Deo vnxit
ejus præterea cum eo colluctationē,
quęcumque tandem illa erat. At hu-
jus quoque non conspectam tantū,
sed & transitam, & quotidianis vir-
tutum gradibus conscensam scalam
laudo, & columnam, quam Deo non
quidem vnxit, sed crexit, impiorum

dogmata ad infamie sæpiterne no-
tam iniusta habentem: dimicationē-
que eam quam non aduersus Deum,
sed pro Deo suscepit, hereticorum
doctrinam profligantem. Joseph dis-
pensator fuit, sed Ægypti solius, nec
id sæpius, nec nisi corporeo modo.
At hic, & omnium, & semper, & spi-
rituali modo, quod quidem illa fru-
menti erogatione, mea quidem sen-
tentia, longè excellentius, atque au-
gustius ceniendum est.

ꝛ. Honestum.

Lectio v.

MOyses, & Aaron in sacerdo-
tibus ejus. Vtriusque horum
æmulus fuit Antonius, gentem hæ-
reticam, non corporeis, sed spirituali-
bus, & rationalibus plagis excrucias:
populum bonorum operum sectato-
rem ad promissionis terram ducens,
tabulisque, quę non confringuntur,
sed conseruantur, leges non jam obs-
curas, & umbratiles, sed prorsus spi-
ritales inscribens: atque adeo in Sã-
cta Sanctorum non semel quotan-
nis, sed sæpius, & vt ita dicam, quo-
tidie ingrediens, atque hinc nobis Sã-
ctam Trinitatem patefaciens: ac po-
stremo non temporarijs aspersioni-
bus, sed purificationibus æternis po-
pulum purgans.

ꝛ. Amauit.

Lectio vj.

DAuid inter Reges magni no-
minis, cuius præcipuū decus,
& ornamentum est clemētia, & an-
te regiam dignitatem vis citharę
mali spiritus incantatrix. Salomon
cordis latitudinem à Deo postula-

F iij

uit,

uit, & impetrauit: eoque sapientiæ, & contemplationis progressus est, vt omnes suæ ætatis nominis celebritate superaret. Antonius autem, nisi me opinio fallit, nec illi clementiæ, nec huic sapientiæ laude quicquam, aut certè minimum concedit: adeo vt dæmonum quoque intemperijs actorum furorem emolliret.

ꝫ. Iste homo.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Vòs estis sal terræ: quod si sal euauerit, in quo salietur? Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Ille legem adimplet, qui ea facit, quæ lex præcipit. Plenitudo enim legis charitas, sicut dicit Apostolus. Istam charitatem Dominus exhibere, & donare dignatus est, mittendo fidelibus suis Spiritum Sanctum. Vnde item dicit idem Apostolus, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Et ipse Dominus: In hoc sciēt omnes, quia Discipuli mei estis, si vos inuicem diligatis.

ꝫ. Iste est qui.

Lectio viij.

Impletur etiam lux, cum exhibetur, quæ ibi prophetata sunt. Lex enim per Moysen data est, gratia, & veritas per Jesum Christum facta est. Ipsa lex cum impleta est, gratia, & veritas facta est. Gratia pertinet

ad charitatis, Veritas ad prophetiarum plenitudinem. Et quia vtrumque per Christum, ideo non venit soluere legem, aut prophetas, sed adimplere: non vt legi adderentur, quæ deerant, sed vt fierent, quæ scripta erāt, quod ipsa ejus verba testantur: Non enim ait, Jota vnum, aut vnus apex non transibit à lege, donec addantur, quæ defunt, sed donec omnia fiant.

ꝫ. In medio Ecclesiæ.

Nona Lectio legitur de SS. Geruasio, & Protasio Martyribus cum commem. ad Laudes.

Die xx. Junij.

OCTAVA S. ANTONIJ.

Duplex.

Ad Vesperas omnia vt in primis Vesperis Festi, & fit commem. S. Siluerij Papæ, & Mart.

In primo Nocturno leguntur Lectiões de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermone S. Gregorij Naziāzeni.

Lectio jv.

TRanseo nunc ad nouum testamentum; ac cum præclarissimis illius viris, vitæ ipsius rationem conferens ex magistris discipulum honorabo. Quis Præcurfor Jesu? Joannes, vt vox sermonis, & vt lychnus luminis, ante quem, & in ventre exiliij, & ad inferos per Herodis furorē transmissus est, vt illic quoque mox venturum prædicaret. Quod si cui durior, atque audacior hæc fortè videatur oratio, illud prius cogitet me in hac comparatione non id agere, vt eorum, qui è mulieribus nascuntur, Maximo Antonium vel antepo-

nam,

nam, vel exæquem, sed vt æmulato-
rem ejus fuisse ostendam, atque ex
ejus forma, & caractere non nihil
circumtulisse.

ꝛ. Honestum.

Lectio v.

AN non enim Philosophiæ il-
lius imaginem præspiciuè in se
ipso expressit? Ipse quoque in deser-
to habitauit, ipse quoque aspera ve-
ste tectus est, ipse quoque dignus est
habitus, qui Christi præco fieret, &
si non præcursor; atque ad eum e-
grediebantur non solum omnis vi-
cina regio, sed etiam externa, & lon-
ge distita. Ipse quoque inter duo te-
stamenta medijs, illius videlicet lit-
teram abrogans, hujus spiritum pro-
mulgans, ac per externæ, & visibilis
legis antiquationem absconditam
legem implens.

ꝛ. Amavit.

Lectio vi.

PEtri zelum, Pauli contentionē,
& acrimoniam prædicationis
imitatus est, illorum inquam clari
nominis virorum, nominisque mu-
tationem affecutorum, atque vtrius-
que fidem; filiorum Zebedæi gran-
diloquentiam, Discipulorum omniū
frugalitatem, & superfluarum rerum
contemptum, filiusque tonitruī non
quidem nominatur, sed efficitur, atq;
ad Jesu pectus jacens, illinc vim di-
cendi, & profunda animi sensa tulit.
Nam Stephanus fieri, quanquam ad
id parato esset animo, prohibitus est.

ꝛ. Hste homo.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum
Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Jesus Di-
cipulis suis: Vos estis sal terræ:
quod si sal euauerit, in quo salie-
tur? Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini
Episcopi.

QUicunque ergo soluerit vnum
ex mandatis istis minimis, &
docuerit sic homines, minimus vo-
cabitur in regno cælorum. Quid est,
soluerit? Quid est, docuerit? Soluitur
factis, & docetur verbis. Qui prædi-
cas non furandum, furaris? Soluit er-
go in facto, qui furatur, & quisquis
docet sic, minimus vocabitur in reg-
no cælorū, id est in Ecclesia hujus te-
poris. Qui autem fecerit, & sic do-
cuerit, magnus vocabitur in regno
cælorum. Ex eo quod dixit, hic fece-
rit, cōtra hoc ibi dixit, soluerit, id est,
non fecerit, & docuerit sic. Ille ergo
soluit, qui non fecit.

ꝛ. Iste est qui.

Lectio viij.

Pharisæos cogitabat, cum ista di-
ceret, qui soluebant legem fa-
ctis, & docebant verbis: de quibus a-
lio loco dicit: Quæ dicūt, facite, quæ
autem faciunt, facere nolite: dicunt
enim, & non faciunt. Propterea, &
hic ita sequitur: Dico enim vobis, ni-
si abundauerit iustitia vestra, plus-
quam Scribarum, & Pharisæorum,
non intrabitis regnum cælorum: id
est, nisi vos feceritis, & ita docueri-
tis,

tis, quod illi non faciunt, et sic do-
cent, non intrabitis in regnum celo-
rum. Quā ergo legem docebāt Pha-
risæi, & non faciebant, ipsam dicit
Christus non se venisse soluere, sed
adimplere: quia ipsa pertinet ad ca-
thedram Moyfi, in qua sedētes Pha-
risæi, & docentes, nec facientes, au-
diendi sunt, non imitandi.

℞. In medio Ecclesiæ.

*Nona Lectio legitur de S. Siluero Pa-
pa, & Mart. cum commem. ad Laudes.*

Reliqua omnia ut in die Festi.

DIE IV. IULIJ.

*In Festo S. Elisabet vid. Reginae Por-
tugallie dupl. recitandū in Regno Por-
tugallie die 4. Iulij de mādato S. D. N.
Urbani VIII. a sac. rituu Congregatione
recognitum, & approbatum.*

*Ad Vesp. Añā. Dum esset Rex, cū re-
liquis de laudibus, & Psalmi de com-
muni non Virginum.*

Capitulum Prou. 31.

Mulierem fortem quis inue-
niet? Procul, & de vltimis fi-
nibus pretium ejus. Cōfidit in ea cor
viri sui, & spolijs non indigebit.

℞. Deo gratias. *Hymnus.*

Domare cordis impetus Elifa-
beth

Fortis, inopsque Deo
Seruire, regno prætulit.

En fulgidis recepta celi sedibus,

Sidereque domus

Ditata sanctis gaudijs.

Nunc regnat inter Cēlites beatior,

Et præmit astra, docens

Quę vera sunt regni bona.

Patri protestas, Filioque gloria,

Perpetuumque decus

Tibi sit alme Spiritus. Amen.

℞. Ora pro nobis Beata Elisabeth.
℞. Ut digni efficiamur promissioni-
bus Christi.

Ad Magnificat.

Antiph. Et nunc reges intelligite, e-
rudimini, qui iudicatis terram.

Oratio.

Clementissime Deus, qui Bea-
tam Elisabeth Regnam, inter
cæteras egregias dotes, bellici furoris
sedandi prerogatiua decorasti: da no-
bis ejus intercessione, post mortalis
vitę, quam suppliciter petimus, pa-
cē, ad æterna gaudia peruenire. Per
Dominum, &c.

Deinde fit com. Octau. Apostol.

Antiph. Petrus Apostolus, & Paulus
Doctor Gentium, ipsi nos docuerunt
legem tuam Domine.

℞. Constitues eos Principes super
omnem terram. ℞. Memores erunt
nominis tui Domine.

Oratio.

Deus, qui hodiernam diem A-
postolorum tuorum Petri, &
Pauli martyrio consecrasti: da Ec-
clesię tuę, eorum in omnibus sequi
preceptum, per quos religionis sup-
sit exordium. Per Dominum, &c.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Laudemus Deum nostrum in fan-
ctis operibus Beatę Elisabeth.

Hymnus, ut supra in Vesperis.

In primo Nocturno.

Antiph. Eleuata est magnificentia E-
lisabeth super cęlos.

Psalm. Domine Dominus noster.

Antiph. Veni electa mea, & ponam
in te thronum meum, quia concu-
piuit Rex speciem tuam.

Psal.

Pſalm. Cæli enarrant gloriam Dei.

Antiph. Accepit benedictionē à Domino, & misericordiam à Deo ſalutari ſuo. *Pſalm.* Domini eſt terra. *ŷ.*

Multæ filiæ congregauerunt diuitias. *℞.* Tu ſupergreſſa eſ vniuerſas.

De Parabolis Salomonis.

Lectio j. Cap. 36.

Mulierem fortem quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus pretium eius. Conſidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit.

Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ ſuæ. Quæſiuit lanam, & linum, & operata eſ conſilio manuum ſuarū. Facta eſ quaſi nauis inſtitoris, de longè portās panem ſuum. Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domesticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrum, & emit eum, de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum.

℞. Regali exorta progenie triumphat in cælis Eliſabeth, triplici circumdata varietate meritorū. * Nam in terra in triplici vitæ gradu poſteris imitanda virtutum reliquit exemplū. *ŷ.* Virginalē ſtatum, conjugalem, & vidualem inoffenſo pede cucurrit. Nam in terra, &c.

Lectio ij.

Guſtauit, & vidit, quia bona eſ negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuā aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. Non timebit

domui ſuæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatam veſtem fecit ſibi: byſſus, & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ. Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.

℞. Os ſuum aperuit ſapientiæ: * Et lex clementiæ in lingua eius.

ŷ. Quoniam præueniſti eam in benedictionibus dulcedinis. Et lex.

Lectio iij.

Fortitudo, & decor indumentū eius, & ridebit in die nouiſſimo. Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit. Surrexerunt filij eius, & beatiffimam prædicauerunt: vir eius & laudauit eam. Multæ filiæ congregauerunt diuitias; tu ſupergreſſa eſ vniuerſas. Fallax gratia, & vana eſ pulchritudo: mulier timens Dominum ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.

℞. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: * Et voluntate labiorum eius nō fraudati eam. *ŷ.* Scuto bonæ voluntatis tuæ coronati eam Domine. Et voluntate. Gloria Patri. Et voluntate.

In ſecundo Nocturno.

Antiph. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam deducet te mirabiliter dextera tua.

Pſalm. Eructauit. *Antiph.* Arcum cōteret, & confringet arma; & ſcuta

G com-

comburet igni. *Psalm.* Deus noster refugium.
Antiph. Iustitia, & misericordia plena
 est dextera tua. *Psalm.* Magnus Do-
 minus. *Y.* Virga tua, & baculus tuus.
R. Ipsa me consolata sunt.

Lectio iv.

Elisabetham Aragoniæ Regibus
 mortam, Christi anno millesimo
 ducentesimo septuagesimo primo,
 in præfagium futuræ sanctimonix,
 parentes, præter morem, relicto ma-
 tris, auixque nomine, à magna ejus
 matertera, Thuringiæ domina, San-
 cta Elisabetha, in Baptismo nomina-
 tam voluere. Vbi nata est, statim
 patuit, quam felix Regum, Regno-
 rumque esset futura pacatrix: nata-
 litia enim ejus lætitia, perniciosas a-
 ui, patrisque dissensiones in concor-
 dian conuertit. Pater verò crescen-
 tis postea filix admiratus indolem,
 affirmabat fore, vt vna Elisabetha
 reliquas Aragoniorum Regum san-
 guine creatas feminas virtute longè
 superaret. Sic cælestem ipsius vitam
 in contemnendo corporis ornatu, in
 fugiendis voluptatibus, in jejunijs
 frequentandis, in diuinis precibus
 assiduè recitandis, in charitatis ope-
 ribus exercendis, veneratus, rerum
 suarum, regni que felicitatem, vnus
 filix meritis referebat acceptã. Tan-
 dem vbique nota, & à multis Prin-
 cipibus exoptata, Dionysio Lusita-
 niæ Regi Christianis cæremonijs ri-
 tè est in matrimonium collocata.

R. Audi filia, & vide, & inclina au-
 rem tuam, & obliuiscere populum
 tuum, & domum patris tui. * Et cõ-

cupiscet Rex decorè tuum. *Y.* Spe-
 cie tua, & pulchritudine tua inten-
 de, prosperè procede, & regna. Et
 concupiscet.

Lectio v.

Iuncta conjugio, non minorem
 excolendis virtutibus, quam libe-
 ris educandis, operam dabat, viro
 placere studens, sed magis Deo. Me-
 diam ferè anni partem solo pane to-
 lerabat, & aqua: quæ in quodam ip-
 sius morbo diuinitus versa est in vi-
 num, cum id à medicis præscriptum
 bibere recusasset. Pauperis fæminæ
 vlcus horrendum exosculata de re-
 pentè sanauit. Pecunias pauperibus
 distribuendas, vt Regem laterent,
 hiberno tempore in rotas conuertit.
 Virginem cæcam à natiuitate illu-
 minauit, multos alios solo Crucis
 signo à grauissimis morbis liberauit;
 plurima id genus miracula patrauit.
 Monasteria, Collegia, & Tèpla non
 modo extruxit, sed etiam magnificè
 dotauit. In Regum discordijs com-
 ponèdis admirabilis fuit: in priuatis,
 publicisque mortalium subleuandis
 calamitatibus indefessa.

R. Manum suam misit ad fortia: *
 Manum suam aperuit inopi, & pal-
 mas suas extendit ad pauperem. *Y.*
 Disperfit, dedit pauperibus: iustitia
 ejus manet in sæculum sæculi. Ma-
 num suam.

Lectio vj.

Defuncto Rege Dionysio sicut
 virginibus in prima ætate, in
 matrimonio conjugibus, ita viduis
 in solitudine, fuit omnium virtutū
 exemplar. Illicò enim religiosis San-
 ctæ

Etæ Claræ vestibus induta, regio funeri constanter interfuit: ac paulò post Compostellam proficiscens, multa ex holoserico, argento, auro, gemmisque donaria pro Regis anima obtulit. Inde reuerfa domum, quidquid sibi charū, aut pretiosum supererat, in sacros, ac pios vsus conuertit: absoluendoque suo verè regio Conimbricensi virginum cœnobio, & alendis pauperibus, & protegendis viduis, defendendis pupillis, miseris omnibus iuuandis intenta, non sibi, sed Deo, & mortalium omnium cōmodis viuebat. Reges duos filiū, & generum pacificatura, Stremotiū nobile oppidum veniens, morbo ex itinere contracto, ibidem à Virgine Deipara visitata, sanctissimè obijt, anno millesimo trecentesimo trigesimo sexto, die quarta Julij. Post mortem multis miraculis claruit, præsertim suauissimo corporis jam per annos ferè trecentos incorrupti odore: semper etiam Reginae Sanctæ cognomento celebris. Tandem anno Jubilæi, & nostræ salutis millesimo sextentesimo vigesimo quinto, totius Christiani orbis cōcurso, & applausu, ab Urbano Octauo ritè inter Sanctos adscripta est.

℞. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi: * Quem vidi, quem amaui, in quem credidi, quem dilexi. ʒ. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Quem vidi. Gloria Patri. Quem vidi.

In tertio Nocturno.

Antiph. Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus: sanctitas, & magnificentia in sanctificatione ejus. *Psal.* Cantate j. *Antiph.* Annuntiauerunt cæli iustitiam ejus, & viderunt omnes populi gloriam ejus. *Psal.* Dominus tēgnauit, exultet. *Antiph.* Judicauit in iustitia, & populos in æquitate. *Psal.* Cantate ij.

ʒ. Ignis ante ipsam præcedet. ℞. Et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Lectio Sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Homilia I I. in Euang.

Cælorum regnum, fratres charissimi, id circò terrenis rebus simile dicitur, vt ex his, quæ animus nouit, surgat ad incognita, quæ non nouit: quatenus exemplo visibilium se ad inuisibilia rapiat, & per ea, quæ vsu didicit, quasi cōfricatus incalecat: vt per hoc, quod scit notum diligere, discat & incognita amare. Ecce enim regnum cælorum thesauro abscondito in agro comparatur; quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum.

℞. Os suum aperuit sapiētie, & lex clementiæ in lingua ejus: considerauit semitas domus suæ, * Et loque-

G ij batur

batur de testimonijs Domini. *ŷ.*
Gustauit, & vidit, quia bona est ne-
gotiatio ejus; non extinguetur in
nocte lucerna ejus. Et loquebatur.

Lectio viij.

QUa in re hoc quoque notan-
dum est, quod inuentus the-
saurus absconditur, vt feruetur: quia
studium cælestis desiderij à malig-
nis spiritibus custodire non sufficit,
qui hoc ab humanis laudibus non
abscondit. In præsentī etenim vita,
quasi in via sumus, qua ad patriam
pergimus: maligni autē spiritus iter
nostrum quasi quidam latrunculi
obsident. Deprædari ergo desiderat,
qui thesaurū publicè portat in via.
Hoc autem dico, non vt proximi
opera nostra bona non videant, cum
scriptum sit: Videant opera vestra
bona, & glorificent Patrem vestrum,
qui in cœlis est, sed vt per hoc, quod
agimus, laudes exterius non quæra-
mus. Sic autem sit opus in publico,
quatenus intentio maneat in occul-
to: vt & de bono opere proximis
præbeamus exemplum, & tamen
per intētionem, qua Deo soli place-
re quærimus, semper optemus secre-
tum.

& Inuocaui, & venit in me spiritus
sapientiæ, & præposui illam regnis,
& sedibus: * Et diuitias nihil esse
dixi in comparatione illius. *ŷ.* Me-
lior est enim sapientia cunctis opi-
bus pretio pretiosissimis. Et diuitias.
Gloria Patri. Et diuitias.

Lectio ix.

Thesaurus autem cæleste est de-
sideriū: ager verò, in quo the-

saurus absconditur, disciplina studij
cælestis. Quem profecto agrum ven-
ditis omnibus comparat, qui volup-
tatibus carnis renuntians, cuncta sua
terrena desideria per disciplinæ cæ-
lestis custodiam calcatur, vt nihil jam,
quod caro blanditur, libeat: nihil,
quod carnalem vitam trucidat, spi-
ritus perhorrescat.

Te Deum laudamus.

A D L A U D E S

& per Horas. *Añā.*

DUM esset Rex in accubitu
suo, nardus mea dedit odorem
suauitatis. *Psalm.* Dominus regnauit.
Antiph. Et concupiscet Rex decorem
tuum, quia ipse est Dominus Deus
tuus. *Antiph.* Potens in opere, & ser-
mone leniuit iracundiam Domini,
& conciliauit cor patris ad filium.
Antiph. Quasi arcus refulgens inter
nebulas gloriæ, & quasi flos rosarū
in diebus vernis. *Antiph.* Quasi stella
matutina in medio nebule, & quasi
luna plena in diebus suis.

Capitulum. Prou. 13.

Mulierem fortem quis inue-
niet? Procul, & de vltimis fi-
nibus pretium ejus. Confidit in ea
cor viri sui, & spolijs non indigebit.

Hymnus.

OPes, decusque regium relique-
ras
Elisabeth, Dei dicata numini:
Recepta nunc bearis inter An-
gelos,
Libens ab hostium tuere nos do-
lis.

Præi, viamque dux salutis indica:
Sequemur. O sit vna mens fideiū,

Odor

Odor bonus sit omnis actio, tuis
Id innuit rosis operta charitas.

Beata charitas in arce siderum
Potens locare nos per omne seculum:

Patrique, Filioque summa gloria,
Tibique laus perennis, Alme Spiritus. Amen.

ŷ. Meritis, & precibus Beatæ Elisabeth. R. Propitius esto Domine populo tuo.

Ad Benedictus, Antiph.

Tu gloria Jerusale, tu lætitia Israel,
tu honorificentia populi tui. *Oratio.*

Clementissime Deus, &c. *ut supra.*

Deinde fit com. octau. Apost. Antiph.

Gloriosi Principes. ŷ. In omnē terrā.

Oratio, ut supra.

Ad Tertiam, Antiph. Et concupiscet.

Capit. Mulierem fortem, *ut sup.*

R. Specie tua. ŷ. Adjuuabit.

Ad Sextam Antiph. Potens in opere.

Capitulum. Prou. 3. 1.

MANUM suam aperuit inopi, &
palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ à
frigoribus niuis. R. Adjuuabit eam.
ŷ. Elegit eam.

Ad Nonā, Antiph. Quasi stella matutina.

Capitulum. Prou. 3. 1.

MULTÆ filiæ congregauerunt
diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, & vana est
pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.

R. Elegit eam. ŷ. Diffusa est gratia.

In secundis Vesperis.

Antiph. Dum esset Rex, *ut in Laud.*

Psalm. de com. non Virg. & à Capit. de

Octau. Apost.

Pro Comm. S. Elisabeth.

Antiph. Elisabeth pacis, & patriæ
mater, in celo triumphans, dona nobis
pacem. ŷ. Ora pro nobis Beata Elisabeth.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. *Oratio.* Clementissime Deus, &c. *ut supra.*

Missā. Cognoui Domine, &c. *de Cōmuni nec Virg. nec Mart. Oratio propria: ut supra.*

DIE XII. JULII.

In festo S. Ioannis Gualberti Abbatis, Semidup. ad libitum.

Omnia de Cōmuni Cōfessoris non Pōtificis: præter ea quæ hic sunt propria.

Oratio.

INtercessio nos, quæsumus Domine, Beati Joannis Gualberti Abbatis commendet: ut quod nostris meritis nō valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

In primis Vesperis, & Laudibus fit cōmemorat. Sanctorum Naboris, & Felicis Mart.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio jv.

IOANNES Gualbertus Florentiæ
nobili genere ortus, dum patri obsequens rem militarem sequitur, Vgo vnicus ejus frater occiditur à
confanguineo: quem cum solum, & inermem Sancto Parasceues die Joannes armis, ac militibus stipatus obuium haberet, vbi neuter alterum poterat declinare, ob Sanctæ Crucis

G iij reue-

reuerentiam, quam homicida supplex, mortē jamjam subiturus, brachijs signabat, vitam ei clemēter indulget. Hoste in fratrem recepto, proximum Sancti Miniatis templum oraturus ingreditur: vbi adoratam Crucifixi imaginem, caput sibi flectere conspicit. Quo mirabili facto permotus Joannes, Deo exinde, etiā inuito patre, militare decernit; atque ibidem proprijs sibi manibus comam totondit, ac monasticū habitum induit: adeoque pijs, ac religiosijs virtutibus breuē coruscet, vt multis se perfectionis specimen; ac normam pręberet; ita vt ejusdem loci Abbate defuncto, communi omnium voto in Superiorem eligeretur. At Dei famulus cupiēs subesse potius quā pręesse, ad maiora diuina voluntate seruatus, ad Camaldulensis eremi incolam Romualdum proficiscitur; à quo cęlicum sui instituti vaticinium accipit: tum suum Ordinem sub regula Sancti Benedicti apud Vmbrosam vallem instituit.

ꝛ. Honestum fecit. 13.

Lectio v.

DEinde plurimis ad eum ob eius sanctitatis famam vndiq; conuolantibus, vna cum ijs in socijs adscitis, ad hæreticam, & simoniacā prauitatem extirpandam, & Apostolicam fidem propagandam, sedulo incumbit; innumera propterea in se, & suis incōmoda expertus. Nam vt eum, ejusq; socios aduersarij perdant, noctu Sancti Saluij cœnobium repente aggrediuntur, templum in-

cedunt, ædes demoliuntur, & monachos omnes lethali vulnere faciāt, quos vir Dei vnico Crucis signo incolumes protinus reddit, & Petro ejus monacho per inmensum, ardentissimumque ignem illæso mirabiliter transeunte, optatam sibi, & suis tranquillitatem obtinet: inde simoniacam labem ab Hetruria expulit, ac in tota Italia fidē pristinae integritati restituit.

ꝛ. Amavit eum Dominus. 13.

Lectio vj.

MULTA funditus erexit monasteria; eademque, & alia ædificijs, ac regulari obseruantia instaurata, sanctis legibus cōmuniuit. Ad egenos alendos sacram suppellectilē vendidit: ad improbos coercendos elementa sibi famulari conspexit: ad dæmones comprimendos Crucem quasi ensē adhibuit. Demum abstinentijs, vigilijs, jejunijs, orationibus, carnis macerationibus, ac senio confectus, dum infirma valetudine grauaretur, Dauidica illa verba per sepe repetebat: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Jamque morti proximus, conuocatos discipulos ad fraternam concordiam cohortatur, & in breuiculo, cui consepeliri voluit, iussit hæc scribi: Ego Joannes credo, & confiteor Fidem, quam Sancti Apostoli prædicauerunt, & Sancti Patres in quatuor Concilijs confirmauerunt. Tandem triduo Angelorum obsequio dignatus, septuagesimum octauum annum agens, apud Passinianū, vbi sum-

summa veneratione colitur, migravit ad Dominum, anno salutis millesimo septuagesimo tertio, quarto Idus Julij. Quem Celestinus tertius innumeris miraculis clarum in Sanctorum numerum retulit.

℞. Ille homo perfecit. 13.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum Mattheum.

Lectio vij. Cap. 5.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Audistis, quia dictum est: antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in cap. 5.

Matthaei.

EGO autem dico vobis: Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos. Multi praecepta Dei imbecillitate sua, non Sanctorum viribus aestimantes, putant esse impossibilia, quae praecepta sunt, & dicunt sufficere virtutibus, non odisse inimicos; caeterum diligere, plus praecipitur, quam humana natura patitur. Sciendum est ergo, Christum non impossibilia praecipere, sed perfecta. Quae fecit David in Saul, & in Absalon: Stephanus quoque Martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus est: & Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Haec autem Jesus & docuit, & fecit, dicens: Pater ignosce illis: quod enim faciunt, nesciunt.

℞. Ille est, qui ante Deum. 30.

Lectio vij.

IN reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcumque excusationem pertendere: ad habendam vero dilectionem nullus se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, non possum jejunare: numquid potest dicere, non possum amare? Potest aliquis dicere, virginitatem non possum servare; non possum res totas vendere, & pauperibus erogare: numquid potest dicere, non possum diligere inimicos?

℞. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptijs, alleluia. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit, Et vos similes. Gloria Patri. Et vos similes.

Lectio ix.

NON enim ibi aut pedes laborant currendo, aures audiendo, aut manus operando laxantur, ut nos per ipsam, excusationem liberare conemur. Non nobis dicitur: *Ite ad Orientem, & quaerite charitatem: nauigate ad Occidentem, & inuenietis dilectionem.* Intus in nostro corde est, ubi redire jubemur, dicente Propheta: *Redite praevariatores ad cor.* Non enim in longinquis regionibus inuenitur, quod a nobis petitur.

Te Deum laudamus.

Missae, Os justi, de Communi Abbatum.

Euangelium.

Sequentia S. Euangelij secundum
Matthæum. Cap. 5. f.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximū tuū, & odio habebis inimicum tuū. Ego autē dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persecutibus, & calūniantibus vos: vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est, qui solem suū oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantū, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.

In festo S. Bonauenturæ die xiiij. Julij, omissa nona Lectione S. Hērici, ejus loco legitur Lectio nona de eadem Homilia S. Ioannis Chrysoffomi, quæ habetur in ejus die festo xxvij. Ianuar. & incipit. Ne igitur putetis, &c.

DIE XV. JULIJ.

In festo S. Henrici Imperatoris Confessoris: Semidup.

Omnia dicuntur de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem propriā, & Lectiones secundi Nocturni.

In Hymno ad Matut. & in secundis Vesperis dicatur: Hac die lætus meruit supremos Laudis honores.

Oratio.

DEus, qui hodierna die Beatum Henricum Confessorem tuū ē terreni culmine imperij ad regnū æternū transtulisti: te supplices exoramus; vt sicut illum, gratiæ tuæ vbertate præuentum, illecebras sæculi superare fecisti; ita nos facias, ejus imitatione, mundi hujus blandimenta vitare, & ad te puris mentibus peruenire. Per Dominum nostrū Jesum Christum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iiij.

HENRICUS, cognomento Pius, ē Duce Bauariæ Rex Germaniæ, ac postmodum Romanorum Imperator, temporalis Regni nō cōtensus angustijs, pro adipiscenda immortalitatis corona sedulam æterno Regi exhibuit seruitutem. Adepto enim Imperio, religioni amplificandæ studiose incumbens, Ecclesias ab infidelibus destructas magnificentius reparauit, plurimisque largitionibus, & prædijs locupletauit, Monasteria, aliaque loca pia vel ipse ædificauit, vel assignatis redditibus auxit. Episcopatum Bambergensem, hæreditarijs opibus fundatum, Beato Petro, Romanoque Pontifici vectigalem fecit. Benedictum Octauum, à quo Imperij coronam acceperat, profugum excepit, suæque Sedi restituit.

Honestum fecit illum. 13.

Lectio v.
IN Casinēsi monasterio graui de-
 tentus infirmitate, à Sancto Be-
 nedicto insigni miraculo sanatus
 est. Romanam Ecclesiam amplif-
 simo diplomate muneratus; eidem
 tuendæ bellū aduersus Græcos sus-
 cepit, & Apuliam, diu ab illis posses-
 sam recuperauit. Nihil sine precibus
 aggredi solitus, Angelum Domini,
 Sāctosque Martyres tutelares pro se
 pugnantes ante aciem interdum vi-
 dit. Diuina autem protectus ope,
 barbaras nationes precibus magis,
 quam armis expugnauit. Pannoni-
 am adhuc infidelem, tradita Stephano
 Regi sorore sua in vxorem, eoque
 baptizato, ad Christi fidem perdu-
 xit. Virginitatem, raro exēplo, ma-
 trimonio junxit, Sanctamque Cu-
 negundam conjugem suam, propin-
 quis ejus, morti proximus, illibatam
 restituit.

ꝛ. Amavit eum Dominus. 13.

Lectio vj.

DEnique rebus omnibus, quæ
 ad Imperij honorem, & utili-
 tatem pertinebant, summa pruden-
 tia dispositis, & illustribus per Gal-
 liam, Italiam, Germaniam religio-
 sæ munificentæ vestigijs passim re-
 lictis, postquam heroicæ virtutis su-
 auissimum odorem longè, lateque
 diffuderat; sanctitate quam scepro
 clarior, ad regni cælestis præmia cō-
 summatis vitæ laboribus, à Domino
 vocatus est, anno salutis millesimo
 vigesimo quarto. Cujus corpus in
 Ecclesia Beatorum Apostolorū Pe-
 tri, & Pauli Bambergæ caoditum

fuit; itatimque ad ejus tumulum
 multa miracula, Deo ipsum glorifi-
 cante, patrata sunt; quibus postea ri-
 tē probatis, Eugenius Tertius San-
 ctorum numero illum adscripsit.

ꝛ. Ilte homo perfecit omnia. 13.

*In tertio Nocturno, Homilia S. Gre-
 gorij Papæ in Euangelium. Sint lumbi
 vestri præcincti, &c. de Communi
 Conf. non Pontif.*

*Missæ, Os iusti, de Communi Conf.
 non Pontif. Oratio propria, ut supra.*

DIE XXXI. IULIJ.

*In Festo S. Ignatij Societatis Iesu Fū-
 datoris, & Confessoris Duplex.*

*Omnia de Communi Conf. non Pō-
 tificis præter ea, quæ sequuntur.*

Oratio.

DEus, qui ad maiorem tui no-
 minis gloriam propagandam,
 nouo per Beatū Ignatium subsidio
 militantem Ecclesiam roborasti: cō-
 cede, vt ejus auxilio, & imitatione
 certantes in terris, coronari cum ipso
 mereamur in cœlis. Qui viuis, & re-
 gnas cum Deo Patre, &c.

*In primo Nocturno Lektionen de Scri-
 ptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio jv.

IGnatus natione Hispanus, no-
 bili genere Loyolæ in Cantabria
 natus, primo Catholici Regis au-
 lam, deinde militiam secutus est. In
 propugnatione Pampelonensi acce-
 pto vulnere grauitè decumbens, ex
 fortuita piorum librorū lectione, ad
 Christi, Sanctorumque sectanda ve-
 stiga mirebiliter exarsit. Ad Mōtem

H

Ser-

Serratum profectus, ante Aram Beatae Virginis suspensis armis noctem excubans, sacrae militiae tyrocinium posuit. Inde, ut erat indutus sacco, traditis antea medico pretiosis vestibus, Manresam secessit; ubi emedicato pane, & ~~apud~~ ^{an} religiosos victitans, exceptisque diebus Dominicis jejunas, aspera catena, cilicioque carnem domans, humi cubans, & ferreis se flagellis cruentans; per annum commoratus est, claris admodum illustrationibus a Deo recreatus, ut postea dicere solitus sit: Si sacrae Litterae non extaret, se tamen pro Fide mori paratum ex ijs solum, quae sibi Manresae patefecerat Dominus. Quo tempore, homo litterarum plane rudis, admirabilem illum composuit Exercitiorum librum, Sedis Apostolicae iudicio, & omnium utilitate comprobatum.

¶. Honestum fecit. 13.

Lectio v.

VT vero se ad animarum lucrarite formaret, subsidium litterarum, a Grammatica inter pueros exorsus, adhibere statuit. Cumque nihil interim omitteret de studio alienae salutis, mirum est, quas ubique locorum arumnas, ac ludibria deuorauerit, asperrima quaeque, & vincula, & verbera paene ad mortem usque perpeffus: quibus tamen longe plura pro Domini sui gloria semper expetebat. Lutetiae Parisiorum adjunctis sibi ex illa Academia variarum nationum socijs noue, qui omnes Artium Magisterijs, & Theologiae gradibus insignes erant, ibidem

in Monte Martyrum prima Ordinis fundamenta jecit: quem postea Romae instituens, ad tria consueta, quarto addito de Missionibus voto, Sedi Apostolicae arctius adstrinxit: & Paulus Tertius primo recepit, confirmavitque: mox alij Pontifices, ac Tridentina Synodus probauere. Ipse autem missio ad praedicandum Indis Euangelium Sancto Francisco Xauerio, alijsque in alias mundi plagas ad Religionem propagandam disseminatis, ethnicae superstitioni, haeresique bellum indixit, eo successu continuatum, ut constans fuerit omnium sensu, etiam Pontificio confirmatus oraculo, Deum sicut alios alijs temporibus Sanctos viros, ita Luthero, ejusdemque temporis haereticis, Ignatium, & institutam ab eo Societatem objecisse.

¶. Amavit eum. 13.

Lectio vi

SEd in primis inter Catholicos instaurare pietatem curae fuit. Templorum nitor, Catechismi traditio, Concionum, ac Sacramentorum frequentia ab ipso incrementum accepere. Ipse apertis ubique locorum ad iuuentutem erudiendam in litteris, ac pietate gymnasijs: erectis Romae Germanorum collegio, male nuptarum, & periclitantium puellarum coenobijs; vtriusque sexus tam Orphanorum, quam Catechumenorum domibus; alijsque pietatis operibus, indefessus lucratis Deo animis instabat, auditus aliquando dicere: Si optio daretur, malle se Beatitudinis incertum viuere, & interim Deo inferuire, & proximorum saluti, quam

cer-

*Iagua
Vignis
et
omnibus
H. m.*

certum ejusdem glorię statim mori. In demones mirum exercuit imperium. Vultum ejus cęlesti luce radiantem Sanctus Philippus Neri, alijque conspexere. Denique ętatis anno sexagesimo quinto, ad Domini sui amplexum, cujus maiorem gloriam in ore semper habuerat, sęper in omnibus quęsierat, emigravit. Quę Gregorius Decimus Quintus, magnis in Ecclesiam meritis, & miraculis illustrem, Sanctorum factis adscripsit.

ꝛ. Iste homo. 13.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorij Papę in Euangelium. Sint lumbi vestri pręcincti, de Comm. Confess. non Pontific.

Missæ, Os justi, de Communi Confess. non Pontif. Oratio propria, ut supra.

DIE VII. AVGVSTI.

In Festo S. Caietani Confessoris, Clericorũ Regulariũ Fũdatoris. Semiduplex.

Et ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui ad Horas Canonicas tenentur de pręcepto recitandum. Die septima Augusti.

Omnia de Cõmuni Cõfessoris nõ Põtificis pręter ea, quę hic habẽtur propria.

In secundis Vesperis Transfigurationis Domini Nostri Iesu Christi pro comm. S. Caietani. Antiphona.

Querite primũ Regnum Dei, & Justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

Oratio.

DEus, qui Beato Caietano Confessori tuo Apostolicam viuendi formam imitari tribuisti, da

nobis ejus intercessione; & exemplos in te semper confidere, & sola Cęlestia desiderare. Per Dominum nostrum, &c.

Deinde fit Commemoratio. S. Donati Ep. & Martyr. Lęctiones primi Noct. de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lęctio iij.

CAietanus nobili Thienęa gente Vicentię ortus, statim à Matre Deiparę Virgini oblatus est. Mira à teneris annis morũ innocentia in eo eluxit, adeò vt Sanctus ab omnibus nuncuparetur. Juris vtriusque Lauream Patauij adeptus, Romam profectus est; vbi inter Pręlatos à Julio II. collocatus, & Sacerdotio initatus; tanto Diuini amoris æstu succensus est, vt relicta Aula se totum Deo męcipauerit. Nosocomijs, proprio ære fundatis, etiam morbo pestilenti laborantibus, suis ipse manibus inferuiebat. Proximorum saluti assidua cura incũbebat, dictus propterea Venator Animarum.

ꝛ. Honestum fecit. 13.

Lęctio v.

Collapsam Ecclesiasticorũ disciplinam ad formam Apostolicę vitę instaurare desiderans: Ordinem Clericorum Regularium instituit, qui abdicata rerum omnium terrenarum sollicitudine ne redditus possideret, nec vitę subsidia à Fidelibus peteret, sed solis Eleemosynis sponte oblatis viuerent. Itaque approbante Clemente Septimo ad Aram maximam Basilicę Vaticanę vnã cum Joanne Petro Carafa E-

H ij

piscopo

piscopo Rheatino, qui postea Paulus IV. Pontifex Maximus fuit, & alijs duobus eximie pietatis Viris, vota solennia emisit. In Urbis direptione à militibus crudelissimaè vexatus, vt pecuniam proderet, quam dudù in cælestes thesauros manus pauperù deportauerant; verbera, tormenta, & carceres inuicta patientia sustinuit. In suscepto vitæ instituto constantissime perseverauit, soli Diuinę Providentię inhærens, quam sibi nunquam defuisse, aliquando miracula comprobarunt.

ꝛ. Amavit eum. 13.

Lectio vij.

Diuini cultus studium, Nitore Domus Dei, Sacrorum Rituù obseruantiam, & Sanctissimæ Eucharistię frequentiore vsum maximè promouit. Hæresum monstra, & latebras non semel detexit, ac profligauit. Orationem ad octo passim horas jugibus lachrymis protrahat; sepe in extasim raptus, ac prophetiæ dono illustris. Romæ nocte Natalia ad præsepe Domini Infantem Jesum accipere meruit à Deipara in vlnas suas. Corpus integras noctes interdum verberationibus affligebat; nec vnquam adduci potuit, vt vitæ asperitatem emolliret: testatus in cinere, & cilicio velle se mori. Denique ex animi dolore concepto morbo; quod offendi plebis seditione Deum videret, cælesti visione recreatus, Neapoli migravit in Cælum: ibique Corpus ejus in Ecclesia Sancti Pauli magna Religione colitur: **Quem multis**

miraculis in vita, & post mortē gloriosū Clemens Decimus Pontifex Maximus Sāctorū numero adscripsit. ꝛ. Iste homo. 13.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 8.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nemo potest duobus Dominis seruire. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Lib. 2. de Serm. Domini in Mōte: c. 14.

Nemo potest duobus Dominis seruire. Ad hanc ipsam intentionem referendum est, quod consequenter exponit, dicens: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut alterum patietur, & alterum contemnet. Quę verba diligenter consideranda sunt: nam, qui sint duo Domini, deinceps ostendit, cum dicit: Non potestis Deo seruire, & mammonę. Mammona apud Hebræos Diuitiæ appellari dicuntur. Congruit, & Punicum nomen: nam lucrum Punicę mammon dicitur. Sed qui seruit, qui rebus istis terrenis merito suę peruersitatis præpositus, magistratus hujus sæculi à Domino dicitur. Aut enim vnum odio habebit homo, & alterum diliget, id est Deum: aut alterum patietur, & alterum contemnet. Patietur enim durum, & perniciosum Dominum, quisquis seruit mammonę: sua enim cupiditate implicatus subditur Diabolo, & non eum diligit. Qui enim est, qui diligit diabolum? sed tamen patietur. ꝛ. Iste est qui, &c. 13.

Lect.

Lectio viij.

IDeo, inquit, dico vobis, non habere sollicitudinem animæ vestræ, quid edatis, neque corpori vestro, quid induatis: ne forte, quanuis jam superflua non quærantur, propter ipsa necessaria cor duplicetur; & ad ipsa conquirenda nostra detorqueatur intentio, cum aliquid quasi misericorditer operamur: id est, vt cū consulere alicui videri volumus; nostrū emolumentum ibi potius, quam illius vtilitatem attendamus. Et ideo nobis non videamur peccare, quia non superflua, sed necessaria sunt, quæ consequi volumus.

ꝛ. Sint lumbi vestri, &c. 13.

Lectio ix. de S. Donato.

Donatus parentibus propter Jesu Christi Fidē interfectis, Aretium in Etruriam cum Hilarino Monacho ex fuga se contulit: cuius etiam Urbis Episcopus creatus est: Vbi cum à Quadratio Præfecto in Juliani persecutione vterq; Idola venerari juberetur, negantibus illis se tam nefarium scelus commissuros, Hilarinus in oculis, Quadratio tandiu fustibus cæsus est; dum efflaret animam. Donatus vehementer & ipse cruciatus, gladio percussus est. Quorum corpora à Christianis propè eam Urbem honorificè sepulta sunt.

Te Deum, &c.

In Laudibus ad Benedictus, Antiphon.
Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus? Scit enim Pater vester, quid vobis necesse sit,

Et fit cōm. S. Donati Episc. & Mart.
In 2. vesp. à Cap. de SS. Cyriaco. Largo, & Smaragdo Mart. cōm. S. Gaudenti. Antiph.

Quærite primum Regnum Dei, & Iustitiam ejus, hæc omnia adjicientur vobis.

Missæ de Comm. Cōfess. non Pontif. Os justi, &c. Oratio propria. Secūda S. Donati Episc. & Mart. Tertia. A cunctis.

Euangelium. Nemo potest duobus Dominis seruire. *Pro ut in Dom. xiv. post Pentecost.*

DIE XII. AVGVSTI.

Sanctæ Claræ Virginis. Duplex.
Omnia dicuntur de Communi Virginū.

Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de B. Claræ Virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum, &c.

Et fit commemor. Octauæ S. Laurentij.
In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Lectio jv.

CLara nobilis virgo; Assisij nata in Vmbria, Sanctum Franciscum ciuem suum imitata, facultatibus suis in pauperes erogatis, quemadmodum illa Fratrum, sic ipsa Sacrarum Sororum Collegium instituit; cum quibus in Ecclesia Sancti Damiani vixit admirabili Sanctitate. Quæ Sarracenis Assisium obsidentibus, & Monasterium, cui illa præerat inuadere conantibus, ægra se ad portam afferri voluit, vnaque vas, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sa-

H iij cramen.

cramentum erat inclusum: ibique oravit in hunc modum. Ne tradas Domine, bestijs animas confitentes tibi, & custodi famulas tuas, quas pretioso sanguine redemisti. In cujus oratione ea vox audita est: Ego sepe vos custodiam. Sarraceni autem partim se fugæ mandarunt; partim qui murum ascenderant, capti oculis præcipites ceciderunt. Ipsa Virgo paulo potest jejunijs, orationibus, vigilijsque confecta, cum duos, & quadraginta annos summe cum laude Monasterium gubernasset, multaq; edidisset miracula: pridie Idus Augusti, Sacra Eucharistia sumpta, animam Deo reddidit, Innocentio Quarto Summo Põtifice: qui ægrota-ntem Virginem inuifit, eique suppliciter petenti indulgentiam impertiu-uit. Quam postea Alexander IV. inter Sanctas Virgines retulit.

ꝫ. Propter veritatem
Ex libro Sancti Cypriani Episc. & Mart. de discipl. & habitu Virginum.

Lectio. v. Cap. 2.

NVnc nobis ad Virgines sermo est, quarum quod sublimior gloria est, maior & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus, atque ornamentum gratiæ spiritualis, læta indoles, laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Ecclesiæ matris gloriosa fecunditas: quætoque plus copiosa virginitas numero suo ad-

dit, tanto plus gaudium matris au- gescit. Ad has loquimur, has adhortamur affectione potius, quam potestate: nõ quod extremi, & humilitatis nostræ admodum cõscij aliquid ad censuram licentiæ vindicemus: sed quod ad sollicitudinem magis cauti, plus de Diaboli infestatione timeamus.

ꝫ. Dilexisti iustitiam.

Lectio. vj.

NEque inanis hæc cautio est, & vana formido, quæ ad salutis viam consulit, quæ Dominica, & vitalia præcepta custodit, vt quæ se Christo dicauerint, à carnali concupiscentia recedentes, tam carne, quàm mente se Deo vouerint, confument opus suum magno præmio destinatum. nec ornari jam, aut placere cuiquam, nisi Domino suo studeant, à quo & mercedem virginitatis expectant, dicente ipso: Non omnes capiunt verbum, sed illi, quibus datum est. Sunt enim spadones, qui ex vtero matris sic nati sunt: & sunt spadones, qui coacti sunt ab hominibus: & sunt spadones, qui se ipsos castrauerunt propter Regnum Cælorum. ꝫ. Afferentur Regi. 34.

In tertio Nocturno. Homilia S. Gregorij Papa in Euangel. Simile est Regnum Cælorum, vt in Communi Virginum primo loco.

In Laudibus fit commemoratio Octauæ Sancti Laurentij, & in Vesperis commemoratio ejusdem, & Sanctorum, Hippolyti, & Cassian. Mart.

DIE XXIII. AVGVSTI.

*In Festo S. Philippi Benitij Conf.
Ord. Seruorum B. M. V. Semiduplex.*

*Omnia de comm. Confess non Pontif.
præter Lect. secundi Nocturn. Die 22.
Augusti comm. Sancti Philippi Beni-
tij.*

Oratio.

A Dêsto Dómine supplicatió-
bus nostris, quas in Beáti Phi-
lippi Benitij Confessóris tui solen-
nitáte deférimus: vt qui nostræ ju-
stitiæ fidúciã non habémus, ejus,
qui tibi plácuit, præcibus adjuué-
mur. Per Dóminum nostrum, &c.

In secundo Nocturno.

Lectio jv.

Philippus ex nobili Benitio-
rum familia Florentiæ natus,
Parisijs Medicinæ operam dedit:
reuersus in Patriam, cum frequens
Ecclesiam Seruorum visitaret, qua
die ea verba ex Actibus Apostolo-
rum, Philippe accede, & adijunge te
ad currum istum, legebantur, actus
in extasim, in aureo curru, quæ ovis,
& leo trahebant, Sanctissimam Dei
Genitricem Angelis comitantibus,
insidentem vidit: á qua sequenti no-
cte Seruos suos adire iussus, Bonfili-
um, vnum ex septem Ordinis Fun-
datoribus Priorem adit, oratque ab
eo inter Conuersos recipi. Receptus
vitan aliquandiù in Monto Senario
in spelunca solitariam duxit. Factus
Sacerdos, & postea Prior Generalis,
licet inuitus, hujusmodi munus de-
cem, & octo annos ita ministravit, vt

in Italia, & alibi multis extructis
Monasterijs, Ordinem maximè pro-
pagarit. Visitando, & prædicando
Emdam vsque Frisiæ Orientalis Vr-
bem peruenit, multis ab hæresi, &
alijs vitijs per diuersa loca conuersis.
Dissidentium paci, & errantium stu-
duit emendationi. Pistorij, & Floren-
tiæ seditionibus inter Guelphos, &
Ghibellinos sedatis. Foroliuensibus,
quod á Martino IV. Pont. Max. de-
fecissent, inter concionandum repre-
hensis, ab illis verberibus affectus
est: ex quibus Peregrinus, vnus ex
percussoribus eandem Religionem
ingressus, mira sanctitate claruit.

Lectio v.

PLura viuens edidit miracula.
Ad curiam pergens leprosum
nudum ad Camilianum agri Senen-
sis vicum propria veste indutum sta-
tim á lepra mundauit: quo miraculo
peruulgato dum Viterbij, Clemen-
te IV. è viuis sublato Cardinales de
successore deligendo dissiderent, nõ-
nullis Philippum ad Pontificatum
proponentibus, ipse fugiens apud
Montem Tuniatum delituit: vbi
balneis (quæ adhuc S. Philippi no-
minantur) morbos sanandi virtutem
impetrauit. Arretij Fratibus fame
penè confectis, dum ille ad imagi-
nem Sanctiss. Dei Genitricis orat,
ecce duo cophini candidissimorum
panum pleni ad Monasterij januam
diuinitus delati. Cum in Germani-
am prædicandi Euangelij causa á
Rodulpho Imperatore inuitatus pro-
ficisceretur, apud Lauinum agri Bo-
noniensis annem, sub arboris vm-
bram

bram ob æstum diuersatus, nonnullis Deum blasphemantibus, diuinam prædixit vltionem; quæ illos statim, ac ab eis recessit, de Cœlo tactos, igneque cōsumptos secuta est. Ex Germania rediens, nemusque inextricabile ingressus, cum locij inedia triduo afflicti vltius progredi non possent, ipse ad Orationem confugiens, panem, & aquam, quibus recrearentur, inuenit.

Lectio vj.

T Vdertum veniens, meretricibus sibi in via ausis illudere sic persuasit, vt in Monasterio apud Carfulam reclusæ, perpetuam pœnitentiam egerint. In Urbis ingressu totam Ciuitatem sibi, tanquam patri obuiam habuit, Ecclesiam ingressus, cum quasi diuinans, illa verba, hæc requies mea, pronunciaffet, paulò post in Festo Assumptionis B. M. Virginis in morbum incidit: ex quo octauo die Fratres ad obseruantiam hortatus, sacrisque munitus XI. Kal. Sept. Anno salutis 1275: animam Deo reddidit, multis miraculis subsecutis: nam mulier manibus, pedibusque contracta, vt sacrum attigit corpus, domum incolumis remeavit. Cæcus ad ejus tumultum deductus visum illicò recepit. Puer à lupo stragulatus ad vitam reuocatur. Mulier, quæ & miracula negare, & seruum Dei irridere præsumperat, muta effecta, resipiscens, veniam precatur, loquendi recuperat facultatem. Vnicus viduæ filius, ex diutino morbo defunctus, dum illa Philippi opem implorat, rediuius sur-

git, illum sibi succurrisse testatus, stupentibus, qui, vt matrem solarētur, aduenerant. Quare Leo X. Pont. Max. cognita Viri sanctitate, cum illum grauissimis curis impeditus in Sanctorum numero referre non potuisset, vt in toto Ordine ritu duplici coleretur, indulgit. Paulus V. Lectiones ex ejus vita probauit. Tudentibusque ejus ita colendi potestatem fecit: quod, & Urbanus VIII. Florētinae ditionis Episcopis in Statu Veteri concessit.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Lucam.

I N illo tempore dixit Jesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, &c. cum Homil. Venerabilis Bedæ Presbyteri.

In secundis Vesperis totum Officium fit de S. Bartholomæo.

Sine commemorat. Sancti Philippi, ubi celebratur die vigesima quarta.

DIE XXX. AVGVSTI.

In Festo S. Rosæ à S. Maria, Virginis Limanæ. Duplex.

Pro omnibus locis, in quibus ex indulto Sanctæ Sedis Apostolicæ concessum est.

Omnia de Communi Virginum, præter Orationem, & Lectiones secundi Nocturni.

Oratio.

B Onorum omnium largitor, omnipotens Deus, qui Beatam Rosam cælestis gratiæ rore præuētam, virginitatis, & patientiæ decore Indis florescere voluisti: da nobis famulis

mulis tuis ; vt in odorem suauitatis
ejus currentes , Christi bonus odor
effici mereamur. Per eundem Dñm
nostrum.

*Et fit commem. SS. Felicis, & Ada-
ti Martyrum.*

*Lectioes primi Nocturni de Scriptu-
ra p̄currente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

PRimus Americæ Meridionalis
flos sãctitatis Virgo Rosa, Chri-
stianis parentibus Limæ progenita,
mox ab incunabulis claruit futuræ
sãctimonix indicijs ; nam vultus in-
fantis mirabiliter in rosæ effigiem
transfiguratus, huic nomini occasio-
nem dedit : cui postea Virgo Dei-
para cognomen adjecit, jubens vo-
cari deinceps Rosam à Sancta Ma-
ria. Quinquennis votum perpetuæ
virginitatis emisit. Adultior, ne à
parentibus ad nuptias cogere-
tur, clam sibi venustissimam capitis
cæsariem præscidit. Jejunijs supra
humanum modum addicta ; inte-
gras Quadragesimas transegit pane
abstinens, ac dietam solis quinque
granulis mali citrini victitans.

ꝛ. Propter veritatem. 33.

Lectio iij.

HAbitu Tertij Ordinis Sancti
Dominici assumpto, pristinas
vitæ austeritates duplicauit : oblon-
go, asperrimoque cilicio sparsim mi-
nuscularum acus inuexit : sub velo coro-
nam densis aculeis introrsus obar-
matam interdium, noctuque gestauit.
Sanctæ Catharinæ Senensis ardua
præmens vestigia, catena ferrea, tri-

plici nexu circumducta, lumbos
cinxit. Lectulum sibi è truncis
nodosis composuit, horumque va-
cuas commissuras fragminibus te-
starum impleuit. Cellulam sibi
angustissimam struxit in extremo
horti angulo, vbi cælestium con-
templationi dedita, crebris disci-
plinis, inedia, vigilijs corpuscu-
lum extenuans, at spiritu vegeta-
ta, laruas dæmonum, frequenti
certamine victrix, impauide pro-
triuuit, ac superauit.

ꝛ. Dilexisti. 33.

Lectio iij.

ÆGRITUDINUM tormentis, do-
mesticorum insultibus, lin-
guarum moribus dire agitata, non-
dum satis pro merito se affligi
querebatur. Per quindecim an-
nos, ad plusculas horas desolatio-
ne spiritus, & ariditate miserrime
contabescens, forti animo tulit
agones omni morte amariore.
Exinde coepit supernis abundare
delicijs, illustrari visionibus, colli-
quescere Seraphicis ardoribus. An-
gelo tutelari, Sanctæ Catharinæ Se-
nensi, Virgini Deiparæ inter assiduas
apparitiones mirè familiaris, à
Christo has voces audire meruit :
Rosa cordis mei tu mihi Spōsa esto.
Denique Spōsi hujus paradiso fæli-
citer inuectam, plurimisque ante,
& post obitum miraculis coruscantem,
Clemens Decimus Pontifex Maxi-
mus Sanctarum Virginum catalo-
go ritu solenni adscripsit.

ꝛ. Afferentur. 34.

In tertio Nocturno Homilia S. Gregorij

*Papæ in Euangeliũ. Simile erit regnũ
celorum decem Virginibus, de Com-
muni Virginum: cum nona Lectione, &
cõmem. in Laudibus Sanctorum Felicis
& Adacti Martyrũ, vt in Breuiario.
Missa, Dilexisti iustitiam, de eodẽ Cõ-
muni, prima Oratio propria, vt suprã.*

DIE XXXI. AVGVSTI.

*In Festo Sancti Raymundi Nonnati
Cõfessoris, Ordinis B. Mariæ de Merce-
de, Redẽptionis Captiuorum, & S. R. E.
Cardinalis Diaconi Tituli S. Eustachij.*

Semiduplex ad libitum.

*In Hymno ad Vesp. & Matut. dicatur.
Hac die letus meruit supremos
Laudis honores.*

Oratio.

DEus, qui in liberãdis fidelibus
tuis ab impiorum captiuitate,
Beatum Raymundum Nonnatum
Confessorem tuum mirabilem ef-
fecisti: ejus nobis intercessione con-
cede, vt à peccatorum vinculis abso-
luti, quæ tibi sunt placita, liberis mē-
tibus exequamur. Per Dominum
nostrum.

*Lectiones primi Nocturni. Beatus vir,
qui inuentus est sine macula, &c. vt
in Communi Confessoris non Pontificis.*

In secundo Nocturno.

Lectio jv.

RAymundus, Nonnatus cog-
nomento dictus, quia præter
communem naturę legem è mor-
tuæ matris dislecto latete in lucem
eductus fuit, Portelli in Cathalonia
pijs, & nobiles parentibus ortus,
ab ipsa infãtia futuræ sanctitatis in-
dicia dedit. Nam puerilia oblecta-

menta, mundique illecebrss respu-
ens, ita pietati operam dabat, vt om-
nes in puero adultam virtutem ad-
mirarentur. Crescente verò etate,
litterarum studijs incubit: sed mox
jubente patre vitam ruri agens, fa-
cellum Sancti Nicolai in Portelli fi-
nibus situm crebrò adibat, vt sacram
Deiparę imaginem, quæ in eo sum-
ma fidelium veneratione etiam nũc
colitur, visitaret: ibi effusus in pre-
ces, ipsam Dei parentem, vt se in fi-
lium adoptare, viamque salutis, ac
scientiam Sanctorum edocere dig-
naretur, enixè deprecabatur.

Æ. Honestum fecit. 13.

Lectio v.

NEc defuit votis ejus benignis-
sima Virgo; ab ipsa enim in-
tellexit, gratissimum sibi fore; si Re-
ligionem, sub titulo de Mercede, seu
de Misericordia, Redemptionis Cap-
tiuorum, ea suggerente nuper fun-
datam, ingrederetur. Qua monitio-
ne percepta, Barchinonam statim
profectus, illud tam præcellentis er-
ga proximum charitatis institutum
amplexus est. Regulari igitur mili-
tiæ adscriptus, virginitatem, quam
pridem Beatæ Virgini consecraue-
rat, perpetuò coluit, ceterisque vir-
tutibus enituit, charitate præsertim
erga Christianos, qui sub potestate
Paganorum miseram in captiuitate
vitam degebant. Hos vt redimeret,
in Africam missus, cum jam multos
à seruitute liberasset, ne, consumpta
pecunia, alijs item in proximo ab-
negandæ Fidei discrimine cõstitutis
deesset, se ipsum pignori dedit. Sed
cum

cum ardentissimo salutis animarum desiderio succensus, plures Mahometanos suis concionibus ad Christum conuerteret, in arctam custodiam à barbaris coniectus, varijsque supplicijs cruciatus, mox labijs perforatis, & sera ferrea clausis, crudele martirium diu sustinuit.

ꝛ. Amavit eum. 13.

Lectio vj.

OB hæc, & alia fortiter gesta, sanctitatis ejus fama longè lateque diffusa est: qua permotus Gregorius Nonus, in amplissimum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium collegium Raymundum adscripsit: sed vir Dei in ea dignitate ab omni pompa abhorrens, religiosæ humilitatis tenacissimus semper fuit. Romam verò pergens, statim ac Cardonam peruenit, extremo morbo confectus, Ecclesiasticis Sacramentis muniri summis precibus postulauit. Cumque morbus ingrauesceret, & Sacerdos diutius tardaret, Angelorum ministerio, sub specie Religiosorum sui Ordinis apparentium, salutari Viatico refectus fuit. Quo sumpto, & gratijs Deo peractis, migravit ad Dominum Dominica vltima Augusti, anno millesimo ducentesimo quadragesimo. Mortui corpus, cum circa locum sepulturæ contentio orta esset, arcæ inclusum, & mulæ cæcæ impositum, ad facellum Sancti Nicolai Dei nutu delatum fuit, vt ibi tumularetur, vbi prima jecerat sanctioris vitæ fundamenta. Illic constructo sui Ordinis Cœnobio, à confluentibus vo-

ti causa ex vniuersa Catalonia fidelibus populis honoratur, varijs miraculis, & signis gloriosus.

ꝛ. Ilte homo. 13.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorij Papæ in Euangelium. Sint lumbi vestri præcincti, de Communi Confess. non Pontificis.

Missæ, Os iusti, de Communi Confessoris non Pontif. Oratio propria.

DIE XVII. SEPTEMBRIS.

In Festo Nominis Beatissimæ Virginis Mariæ. Duplex maius, in omnibus Regnis Hispaniarum Regi subiectis; ex concessione S.D.N. Clementis Decimi.

AD VESPERAS.

Antiph. Missus est Angelus Gabriel ad Virginem desponsatam Joseph: & nomen Virginis Maria. *Ps. lxxv.* Dixit Dominus, cū reliquis de B. Maria. *Antiph.* A Solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini, & Mariæ Matris ejus. *Antiph.* Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

Antiph. Permaneat, & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternū, ò Maria.

Antiph. Lauda Ierusalem Dominum, lauda inclytum nomen Mariæ.

Capitulum. Jud. 13.

Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram: quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum.

Hymnus.

Ave maris stella,
 Dei mater alma,
 Atque semper Virgo,
 Felix cęli porta.
 Sumens illud Ave,
 Gabrielis ore,
 Funda nos in pace,
 Mutans Heuę nomen.
 Solue vincla reis,
 Profer lumen cęcis,
 Mala nostra pelle,
 Bona cuncta posce.
 Monstra te esse matrem,
 Sumat per te preces,
 Qui pro nobis natus,
 Tulit esset tuus.
 Virgo singularis,
 Inter omnes mitis,
 Nos culpis solutos,
 Mites fac, & castos.
 Vitam presta puram,
 Iter para tutum,
 Vt videntes Jesum,
 Semper colletemur.
 Sit laus Deo Patri,
 Summo Christo decus,
 Spiritui Sancto,
 Trinus honor vnus. Amen.
 y. Sit nomen Marię benedictum.
 r. Ex hoc nunc, & vsque in seculũ.

Ad Magnificat.

Antiph. Marię nomen cunctas illustrat Ecclesias: cui fecit magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.

Oratio.

Deus, qui gloriosam matrem tuam nominari Mariam voluisti: concede, quęsumus, vt qui dulce Marię nomen implorant, perpe-

tuum sentiāt tuę benedictionis effectum. Qui viuís, & regnas, &c.

Deinde fit Commem. Sanctorum Cornelij, & Cypriani Põtificũ, & Martyrũ.

Ad Matutinũ, Inuitatorium.

Aue Maria, gratia plena: * Dominus tecum. Aue Maria.

Psalmus. Venite exultemus.

Hymnus.

Quem terra, pontus, sidera,
 Colunt, adorant, predicant,
 Trinam regentem machinam
 Claustrum Marię bajulat.
 Cui Luna, Sol, & omnia
 Deferuiunt per tempora;
 Perfusa cęli gratia,
 Gestant puellę viscera.
 Beata Mater munere,
 Cujus supernus Artifex
 Mundum pugillo continens,
 Ventris sub arca clausus est.
 Beata cęli nuntio,
 Fecunda Sancto Spiritu,
 Desideratus gentibus
 Cujus per aluum fusus est.
 Jesu, tibi fit gloria,
 Qui natus es de Virgine,
 Cum Patre, & almo Spiritu,
 In sempiterna sæcula. Amen.

Antiph. In vniuersa terra admirabile est nomen tuum Maria.

Psalmus. Domine Dominus noster, cum reliquis, vt in Officio eius paruo.

Antiph. In omnem terram diffusa est laus nominis Marię. *Psalmus.*

Cęli enarrant. *Antiph.* Super maria & flumina fudauit Mariam, & dedit illi nomē virtutum Rex glorię.

Psalmus. Domini est terra. *Antiph.* Magnificate Mariã Virginẽ mecum.

r. Et

re. Et exaltemus nomen eius in æternū.

De libro Exodi.

Lectio j. Cap. 15.

Sumpfit Maria Prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum, & ascensorem eius dejecit in mare.

re. Laudemus nomen sacrum, atque insigne Mariæ: * Mundo nam peperit Virgo salutis opem.

ÿ. Lætentur cæli de tali nomine, & orbis. Mundo.

Sectio ij.

Tvlit autem Moyse Israel de Mari Rubro, & egressi sunt in desertum Sur. Ambulaueruntq; tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amaræ: vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est, amaritudinem.

re. Benedictum sit nomen Mariæ: * Cujus manus tornatiles plene hyacinthis. ÿ. Implorantibus Mariæ nomen, Maria præsto adest. Cujus.

Lectio iij.

ET murmuravit populus contra Moysem, dicens: Quid bibemus? At ille clamavit ad Dominum. Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinē versæ sunt. Ibi constituit ei præcepta, atque judicia, & ibi tentavit eum, dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram

eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te: ego enim Dominus sanator tuus.

re. Salutemus Mariam pro nobis Filium exorantem: * Et illi dicamus: Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. ÿ. Hæc est Gedeonis vellus, quæ leuissima orationis cōpressionē larga exhibet gratiarum stillicidia. Et illi dicamus. Gloria Patri. Et illi dicamus.

In secundo Nocturno.

Antiph. Speciosum Mariæ nomē deprecantur omnes diuites plebis, cuius decorem concupiuit Rex. *Psalms.* Eructavit cor meum, &c.

Antiph. Refugium est in tribulationibus Marię nomen omnibus illud inuocantibus. *Psalms.* Deus noster refugium. *Antiph.* Maria ciuitas Dei sancta: gloriola dicta sunt de nomine sancto tuo.

Psalms. Fundamenta eius. ÿ. Repletur os meum laude Mariæ.

re. Vt cantē gloriam nomini sancto eius.

Sermo S. Epiphaniij Episcopi.

Apud Surium, tom. 6. de vitis Sanct. die 8. Decemb.

Lectio iij.

Beata Anna grauida effecta, cælum, & thronum cherubicum peperit Sanctam Puellam Mariam, illa enim reperitur esse cælum, templum, & thronus; quia Mariam interpretari solemus Dominam, atque etiam spem. Peperit enim Do-

I iij minum,

minum, qui est spes totius mundi, nempe Christum. Rursum nomen illud Maria interpretatur, myrrha maris: myrrham verò dicet aliquis (quod ego etiam aio) de immortalitate, eo quòd paritura esset gemmā immortalem in mari, hoc est in mūdo: mare autem dicet vniuersū mūdo: mare autem dicet vniuersū mūdo, cui Virgo serenitatem, & tranquillitatem contulit, dum portum peperit Christum.

℞. Benedicta tu à Domino Deo tuo in omni tabernaculo Jacob: * Quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus. ŷ. Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu Maria honorificentia populi nostri. Quoniam.

Lectio v.

Rursum itaque præclare Puelle Mariæ beatum nomen interpretatur, illustrata, vt pote quæ illustrata sit à Filio Dei, & cūctos usque ad terminos terræ credētes Trinitati illuminauerit. Sancta enim puella Virgo Maria est sponsa Trinitatis, & thesaurus dispensationis planè arcanus, cui Gabriel inquit: Ave gratia plena, Dominus tecum, Subiunxit Gabriel: Et Pater misit arrhabonem de cælo Spiritum Sanctum, preparauit Virginem Vnigenito Filio, cælesti Sponso, quam Pater dilexit, filius inhabitauit, Spiritus Sanctus percipiuit.

℞. Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ: * Turris fortissima Mariæ nomen. ŷ. Propugnaculum est omnibus, qui ad illud confugiūt. Turris fortissima.

Lectio vj.

Ipsa est enim sponsa, & thalamus, & ex ea Sponsus procedit Christus, virgineum indumentum, iuxta suauē Dauidis Prophetæ cantionem: In Sole posuit tabernaculum suum, & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo. O Sponsi desiderium summæ puritatis! propriam ancillam propensiore affectu constituit sponsam, & matrem.

℞. Nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei: * Et scient, quia ego Maria. ŷ. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Et scient, quia ego Maria. Gloria Patri, Et scient.

In tertio Nocturno.

Antiph. Nuntiate inter Gentes gloriam Mariæ: in omnibus populis mirabilia nominis ejus.

Psalms. Cantate Domino j. *Antiph.* Annuntiauerunt cæli nomen Mariæ & viderunt omnes populi gloriam ejus. *Psalms.* Dominus regnavit exultet.

Antiph. Notum fecit Dominus sacrū Mariæ nomen, & in conspectu gentium reuelauit virtutem nominis ejus. *Psalms.* Cantate Domino ij.

ŷ. Ave Maria, gratia plena.

℞. Dominus tecum.

Lectio Sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid,

&

& nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Homil. 2. super Missus est prope fin.

ET uomen, inquit, Virginis Maria. Loquamur pauca, & super hoc nomine, quod interpretatum, maris stella dicitur, & Matri Virgini valde cōuenienter aptatur. Ipsa nāque aptissimè fideri cōparatur: quia sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium, sic absque sui lēsiōne Virgo parturit Filiū. Nec fideri radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Jacob orta, cuius radius vniuersum orbem illuminat, cuius splendor & præfulget in supernis, & inferos penetrat: terras etiam perlustrans, & calefaciēs magis mentes, quàm corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipsa, inquam, est præclara, & eximia stella super hoc mare magnum, & speciosum necessario subleuata, micans meritis, illustrans exemplis.

R. Clarissimum Mariæ nomen, ipsa stella est præfulgens: * Peccatores illuminat, & dirigit in portum salutis. *Y.* Consolatur tristes, miseros leuat; & jacentes erigit. Peccatores. Benedict. Cujus festum colimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio viij.

Quisquis te intelligis in hujus sæculi profluuio magis inter procellas, & tempestates fluctuare, quàm per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore hujus sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant

venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si jactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiaē fœditate confusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abyssō, cogita Mariam.

R. Omnia flumina intrant in mare, & ipsum non redundat: * Omnia gratiarum charismata in Mariam, & ipsa non intumescit.

Y. Dixit illi Angelus: Ave Maria, gratia plena: at ipsa respondit: Ecce ancilla Domini. Omnia. Gloria. Omnia.

Si hoc Festum celebretur in quatuor Temporibus, nona Lectio dicitur de homilia Feriæ occurrentis, & de ea fit cōmem. ad Laudes tantum.

Lectio ix.

IN periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres ejus orationis suffragium, non deseras cōuersationis exemplum. Ipsam sequēs, non deuias: ipsam rogās, non desperas: ipsam cogitans, nō erras: ipsa tenente, non corruis: ipsa protegente, non metuis: ipsa duce, non fatigaris: ipsa propitia, peruenis: & sic in temet ipso experiris, quā meritò dictum sit: Et nomen Virginis Maria. Te Deum laudamus.

Ad

Ad Laudes, & per Horas. Antiph. Mirabiles elationes maris, sed mirabilior in nomine Marię Dominus. *Pf.* Dominus regnavit, *cum reliquis de Laudibus Domin.* *Antiph.* Laudate in exultatione Marię nomen, quoniam suaue est. *Antiph.* Labia mea laudabunt te, ò Maria, quia dulce est nomen tuum super mel ori meo.

Antiph. Spiritus, & animę justorum benedicant Mariam in nomine sancto ejus. *Antiph.* Beneplacitum est Domino in nomine Marię, in quo exaltauit mansuetos in salutem.

Capitulum. Jud. 13.

Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram: quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum.

Hymnus.

O Gloriosa Virginum,
Sublimis inter sidera:
Qui te creauit, paruulum
Lactante nutris vbere.
Quod Heua tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent vt astra flebiles,
Cæli recludis cardines.
Tu Regis alti janua,
Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu,

In sempiterna sæcula. Amen.
v. Lætabor, & exultabo in te, Maria.
r. Psalmum dicam nomini tuo.

Ad Benedictus.

Antiph. Benedictus Deus, qui Marię Virgini lucis nomen donauit, vt illuminaret eos, qui in tenebris sedēt; & vt stella maris errantes dirigeret in portum pacis.

Oratio.

Deus, qui gloriosam matrem tuam nominari Mariam voluisti: concede propitius; vt, qui dulce Marię nomen implorant, perpetuum sentiāt tuę benedictionis effectum. Qui viuus.

Ad Primam.

Antiph. Mirabiles elationes.
r. br. Christe Fili. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam.

Antiph. Laudare in exultatione. *Capitulum.* Benedicta es tu filia à Domino: vt supra.

r. br. Magnificate. * Mariam Virginem, mecum. Magnificate.

v. Et extollamus nomen ejus in æternum. Mariam Virginem mecum, Gloria Patri. Magnificate.

v. Repleatur os meum laude Marię.
r. Vt cantē gloriam nomini sancto ejus.

Ad Sextam.

Antiph. Labia mea.

Capitulum. Jud. 13.

Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Jacob, quoniam in omni gente, quę audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

r. br.

℞. br. Repleatur os meum. * Laude Mariæ. *℞.* Repleatur os meum laude Mariæ. *ψ.* Vt cantem gloriam nomini sancto ejus. *℞.* Laude Mariæ. *ψ.* Gloria Patri.

℞. Repleatur. *ψ.* Ave Maria : Gratia plena. *℞.* Dominus tecum.

Ad Nonam.

Antiph. Beneplacitum est Domino.
Capitulum. Ezech. 13.

Egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam, quia perfecta es in decore meo, quem posui super te : dicit Dominus Deus. *℞. br.* Ave Maria gratia plena. *ψ.* Dominus tecum. Gratia. Gloria Patri. Ave Maria, gratia plena. *ψ.* Lætabor, & exultabo in te Maria. *℞.* Psalmum dicam nomini tuo.

In secundis Vesperis.

Antiph. Missus est, cum reliquis, ut in primis Vesperis.

Ad Magnificat.

Antiph. Maria Virgo omnium oculis gratiosa : nominatum est nomen gloriæ ejus usque in extremum terræ.

Deinde fit commemoratio S. Thomæ de Villanoua Episcopi & Confessoris, ut infra.

Missa habetur propria.

DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

In festo S. Thomæ de Villanoua Episcopi, & Confessoris Semiduplex ad libitum.

Omnia de Comuni Confessoris Pontificis, præter Antiphonas ad Magnificat, & ad Benedictus, Orationem, & Lectiones secundi Nocturni.

In Hymno. Iste Confessor. Tertius versus dicendus. Hac die lætus meruit supremos Laudis honores.

Ad Magnificat, in utrisque Vesperis.

Antiph. Disperlit, dedit pauperibus : iustitia ejus manet in sæculum sæculi.

Oratio.

Deus, qui Beatum Thomam Pontificem insignis in pauperes misericordiæ virtute decorasti : quesumus, ut ejus intercessione in omnes, qui te deprecantur, diuitias misericordiæ tuæ benignus effundas. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

Si venerit in Quatuor Temporibus, in primo Nocturno leguntur Lectiones de Epistola prima ad Timotheum, Fidelis sermo, de Comuni Confessoris Pontificis, & nona Lectio de Homilia Feriæ occurrētis cum cōmem. ad Laudes tantum.

In secundo Nocturno.

Lectio jv.

Thomas in oppido Fontisplani Toletanæ dioceseos in Hispania natus anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo octavo, ab optimis parentibus ineunte vita pietatem, & singularem in pauperes misericordiam accepit; cuius adhuc puer complura dedit exēpla, sed illud in primis nobile, quod, ut nudos operiret, proprijs vestibus non semel se ipsum exiit. Exacta pueritia, Compluto, quo missus fuerat, ut litteris operam daret, patris obitu reuocatus, vniuersam hæreditatem egenis virginibus alendis dicauit : eodemque statim profectus est, ut curriculum Sacre Theologiæ conficeret : interim assiduis precibus scientiam Sanctorum, & rectam

vitæ, morumque normam à Domino vehementissimè postulans. Quare diuino instinctu Eremitarū Sancti Augustini amplexus est institutū.
R. Inueni David. 11.

Lectio v.

Religionem professus, omnibus religiosi hominis virtutibus, & ornamenti excelluit, humilitate, patientia, continentia, sed ardentissima charitate summè conspicuus inter varios, & assiduos labores, orationi, rerumque diuinarum meditationi inuictō spiritu semper intentus. Prædicandi onus, ut potè sanctimonia, & doctrina præstans, subire iussus, cælesti aspirante gratia, innumerabiles è vitiorum cœno in viam salutis eduxit. Regendis deinde fratribus admotus, prudentiam, æquitatem, & mansuetudinem pari sedulitate, ac seueritate conjunxit; ad eò ut priscam sui Ordinis disciplinam multis in locis vel firmauerit, vel restituerit.

R. Posui adiutorium. 12.

Lectio vj.

Granatensis Archiepiscopus designatus, mira humilitate, & constantia insigne munus rejecit. Verum non multò post Valentinam Ecclesiam, Superiorum auctoritate coactus, gubernandam suscepit: quā annis fermè vndecim ita rexit, ut sanctissimi, & vigilantissimi Pastoris partes expleuerit. Ceterum consueta viuendi ratione nihil admodū immutatus, inexplebili charitati multò magis indulgit; cum amplos Ecclesiæ redditus in egenos disper-

fit, ne lectulo quidem sibi relicto; nam eum, in quo decumbebat, cum in cælum euocaretur, ab eodem commodatum habuit, cui paulò ante eleemosynæ loco donauerat. Obdormiuit in Domino sexto Idus Septembris, annos natus octo, & sexaginta. Serui sui sanctitatem adhuc viuentis, & exinde post mortem, miraculis Deus testatam voluit: presertim, cum horreum, frumento pauperibus distributo, penitus vacuum, repente plenum inuentum est: & cum ad ejus sepulchrum puer mortuus reuixit. Quibus, alijsque nō paucis fulgentem signis Alexander Septimus Pontifex Maximus Sanctorum numero adscripsit, atque ejus memoriam quarto decimo Kalendas Octobris celebrari mandauit.

R. Ilte est, qui ante Deum. 12.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorij Papæ in Euangelium. Homo peregrè proficiscens. Ut in Communi Confessoris Pontificis.

Ad Benedictus, Antiph.

Eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.

Missæ de Communi Confess. Pontif. Statuit ei Dominus, Cum Oratione propria.

DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.

In festo S. Wenceslai Martyr. Ducis Bohemiæ. Semid. ad libit.

Omnia de Comm. unius Martyris, præter Orationem, & Lectiones secundæ Nocturni.

Ora-

Oratio.

DEus, qui Beatum Wenceslaum per martyrij palmam à terreno Principatu ad caelesté gloriam transtulisti: ejus precibus nos ab omni aduersitate custodi, & ejusdem tribue gaudere còsortio. Per Dominum nostrum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio jv.

Venceslaus Bohemiae Dux, Wratislao patre Christiano, Drahomira matre gentili natus, ab auia Ludmilla, fæmina sanctissima, piè educatus, omni virtutum genere insignis, summo studio virginitatem per omnem vitam seruauit illibatam. Mater per necessariam Ludmillæ necem Regni administrationē affecuta, impiè cum juniore filio Poleslao viuens, còcitauit in se Procerum indignationem: quare tyrannici, & impij regiminis pertæsi, vtriusque excusso jugo, Wenceslaum in Vrbe Pragenfi Regem salutarunt. *℞. Honestum fecit illum. 13.*

Lectio v.

Ille Regnū pietate magis, quàm Imperio regens, orphanis, viduis, egenis, tanta charitate subuenit, vt proprijs humeris aliquando ligna indigentibus noctu comportarit, pauperibus humandis frequenter adfuerit, captiuos liberarit, carceribus detentos nocte intempesta visitarit, pecunijs, & consilio sæpissimè consolatus. Miti animo Princeps vehementer dolebat, quempiam, & si

reum, morti adjudicari. Summa religione Sacerdotes veneratus, suis manibus triticum serebat, & vinum exprimebat, quibus in Missæ sacrificio vterentur. Nocte nudis pedibus super niuem, & glaciem circuibat Ecclesias, sanguinea, & terram calefacientia, post se relinquens vestigia. *℞. Desiderium animæ. 9.*

Lectio vj.

Angelos habuit sui corporis custodes: cum enim ad singulare certamen aduersus Radislaum Ducem Curimensem, eo fine accederet, vt suorum saluti prospiceret, visi sunt Angeli arma ministrasse, & dixisse aduersario: Ne ferias: perterritus hostis venerabundus procidēs, veniam exorauit. Cum in Germaniā protectus esset, Imperator, confectis duobus Angelis, aurea Cruce ad se accedentem ornantibus, e folio profiliens brachijs exceptit, regijs insignibus decorauit, eique Sancti Viti brachium donauit: Nihilominus impius frater, matre hortante, conuiuio exceptum, & postea in Ecclesia orantem, paratè sibi mortis præsciū, adhibitis sceleris comitibus, interfecit. Sanguis, per parietes aspersus, adhuc conspicitur: & Deo vindice, matrem inhumanam terra absorbuit: interfectores varijs modis miserè perierunt.

℞. Stola iucunditatis. 10.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorij Papæ in Euangel. Siquis vult post me venire, vt in Cõmuni vnus Martyris,

Missæ, In virtute tua Domine, ex eodē Commun. K ij Ora-

Oratio ut supra: Euangelium. Si quis vult post me venire, de Comuni Martyr. Pontif.

Vesp. de S. Michaeli Archangelo, sine comm. S. Wenceslai.

DIE I. OCTOBRIS.

In festo Sancti Remigij Episcopi, & Confessoris: Semiduplex ad libitum.

Omnia de Comuni Confes. Pontificis, præter ea, quæ hic habentur propria.

Oratio.

DA quæsumus omnipotēs Deus: ut Beati Remigij Confessoris tui, atque Pontificis veneranda solennitas & deuotionem nobis auget, & salutem. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

In Hymno ad Matutinum dicatur. Hac die lætus meruit supremos Laudis honores.

In primo Nocturno, Lektionen de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Remigius, Episcopus Rhemensis, floruit Clodoueo Rege Fræcorū, quē etiā baptizauit, & primus omnium doctrina, & miraculis Fræcos ad Christi Domini fidem perduxit. Ejus oratione mortua puella reuixit. Multos interpretatus est diuinæ Scripturę libros. Amplius septuaginta annos summa cum laude Rhemensem Ecclesiam administrauit. Cujus vitę, & mortis sanctitatē multa, quę consecuta sunt, miracula comprobarunt.

ꝛ. Inueni David. II.

Sermo Sancti Maximi Episcopi.

Homilia 59. quæ est 2. de S. Euseb.

Vercellensi.

Lectio v.

AD Sancti Beatissimi Patris nostri Remigij, cujus hodie festa celebramus, laudes addidisse aliquid decerpisse est: siquidē virtutū ejus gratia non sermonibus exponēda est, sed operibus comprobanda. Cū enim dicat Scriptura: Gloria Patris est filius sapiens: quantæ hujus sunt gloriæ, qui tantorū filiorum sapientia, & deuotione lætatur? In Christo enim Jesu per Euangelium ipse nos genuit.

ꝛ. Posui adiutorium. 12.

Lectio vj.

Quidquid igitur in hac sancta plebe potest esse virtutis, & gratiæ, de hoc quasi quodam fonte lucidissimo omnium riuulorū puritas emanauit. Et enim quia castitatis pollebat vigore, quia abstinentiæ gloriabatur angustijs, quia blandimentis erat præditus lenitatis, omnium riuuium in Deum prouocauit affectum: quia Pontificis administratione fulgebat, plures è discipulis reliquit sui sacerdotij successores.

ꝛ. Ilte est. 12.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorij Papæ in Euang. Homo peregrè, ut in Comuni Confess. Pontific.

Missæ. Ut in Missali Romano.

IN FESTO SANTISSIMI

Rosarij Beatæ Mariæ Virginis:

Duplex maius.

In

*In omnibus Regnis Hispaniarum
ex concessione SS. D. N. Clemen-
tis Decimi. Dominica prima infra Ka-
lendas mensis Octobris.*

AD VESPERAS.

*Antiph. Dum esset Rex, cum reliquis
Antiph. & Psalmi, ut in Officio par-
uo Beatæ Mariæ.*

Capitulum. Ab initio. Hymnus.

Aue maris stella. 86.

*ÿ. Dignare me laudare te, Virgo
sacrata. R. Da mihi virtutem contra
hostes tuos.*

Ad Magnificat.

*Antiph. Sancta Maria, succurre mi-
seris, iuua pusillanimes, refoue flebi-
les, ora pro populo, interueni pro
clero, intercede pro deuoto fæmineo
sexu, sentiant omnes tuum iuuamen,
quicumque celebrant tuam sanctam
solennitatem.*

Oratio.

Solennitatem Rosarij Beatissimæ
Virginis Mariæ Genitricis tuæ
celebrantes, quæsumus Omnipotens
Deus, benigno fauore prosequere:
quatenus ita ipsius sacra mysteria
contemplemur in terris; vt post hu-
jus vite cursum, eorum fructus per-
cipere mereamur in cælis. *Qui uiuis
& regnas, &c.*

*Et fit commemoratio Dominicæ oc-
currentis.*

Ad Matutinum. Inuitatorium.

*Sancta Maria Dei Genitrix Virgo. **
Intercede pro nobis.

Psalmus. Venite exultemus.

Hymnus. Quem terra. 87.

*Antiph. & Psalmi Nocturnorum ut
in Officio paruo Beatæ Mariæ.*

In primo Nocturno.

*ÿ. Specie tua, & pulchritudine tua.
R. Intende, prosperè procede, &
regna.*

De Parabolis Salomonis.

Lectio j. Cap. 8. b. & 9.

Ego sapientia habito in cõsilio,
& eruditis intersum cogitatio-
nibus. Timor Domini odit malum:
arrogantiam, & superbiam, & viam
prauã, & os bilingue detestor. Meum
est consilium, & æquitas, mea est
prudencia, mea est fortitudo. Per me
Reges regnant, & legum conditores
iusta decernunt. Per me Principes
imperant, & potentes decernunt ju-
stitiam. Ego diligentes me diligo: &
qui manè vigilant ad me, inueni-
ent me.

*R. Sancta, & immaculata Virgini-
tas, quibus te laudibus efferam ues-
cio: * Quia quem cæli capere non
poterant, tuo gremio contulisti. ÿ.
Benedicta tu in mulieribus, & be-
nedictus fructus ventris tui. Quia
quem.*

Lectio ij.

Mecum sunt diuitiæ, & gloria,
& opes superbæ, & iustitia. Me-
lior est enim fructus meus auro, &
lapide pretioso, & gemina mea
argento electo. In vijs iustitiæ am-
bulo, in medio semitarum iudicij, vt
ditem diligentes me, & thesauros eo-
rum repleam. Dominus possedit
me in initio viarum suarum, ante-
quam quidquam faceret à princi-
pio. Ab æterno ordinata sum, & ex
antiquis, antequam terra fieret. Nõ-
dum erant abyssi, & ego jam cõcep-

ta eram : necdum fontes aquarum eruperant : necdum montes graui mole constiterant : ante omnes colles ego parturiebar.

R. Cōgratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum, quia cum essem paruula, placui Altissimo : * Et de meis visceribus genui Deum, & Hominem. ŷ. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Et de meis.

Lectio iij.

BEatus Homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino : qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes, qui me oppetūt, diligunt mortem. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinū, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas, vt vocarēt ad arcem, & ad mœnia ciuitatis : Si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est : Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.

R. Beata es Virgo Maria, quæ Dominum portasti creatorem mundi : * Genuisti, qui te fecit, & in æternū permanes Virgo. ŷ. Ave Maria : Gratia plena : Dominus tecum. Genuisti. Gloria Patri. Genuisti.

In secundo Nocturno.

ŷ. Adiuuabit eam Deus vultu suo :
R. Deus in medio ejus non commouebitur.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Sermo 18. de Sanctis, qui est 2. de Annuntiat. Dominica.

Lectio iij.

Adest nobis, dilectissimi, optatus dies Beatæ, ac Venerabilis semper Virginis Marię : ideò cū sūma exultatione gaudeat terra nostra, tātæ virginis illustrata solennitate. Hæc est enim hos campi, de qua ortum est pretiosum lilium cōuallium, per cuius partum mutatur natura protoplastorum, deletur & culpa. Præcisum est in ea illud Heuę infelicitatis elogium, quo dicitur : In dolore paries filios tuos : quia ista in lætitia Dominum peperit.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion : quasi myrrha electa. * Dedi suauitatem odoris. ŷ. Et sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans, Dedi.

Lectio v.

HEua enim luxit, ista exultauit : Heua lacrymas, Maria gaudium in ventre portauit : quia illa peccatorem, ista edidit innocentē. Mater generis nostri pœnam intulit mundo, Genitrix Domini nostri salutem intulit mundo : Autrix peccati Heua, autrix meriti Maria. Heua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit. Illa percussit, ista sanauit. Pro inobedientia enim obedientia commutatur, fides pro perfidia compensatur.

R. Quæ ista ista, quæ processit sicut Sol, & formosa tanquam Ierusalē? * Viderunt eam filię Sion, & Beatam dixerunt, & Reginæ laudauerunt eā.

ŷ.

ŷ. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia conualium: Viderunt eam.

Lectio vj.

Plaudat nunc organis Maria, & inter veloces articulos tympana puerperæ cōcrepent. Concinnant letantes chori, & alternantibus modulis dulcifona carmina misceantur. Audite igitur, quemadmodum tympanista nostra cantauerit. Ait enim: Magnificat anima mea Dominum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est. Causam igitur inualescētis errati miraculum noui partus e-uicit, & Heuæ planctum Mariæ cātus exclusit.

ꝛ. Ornatam monilibus filiam Ierusalem Dominus concupiuit: * Et videntes eam filia Sion, Beatissimā prædicauerunt, dicentes: * Vnguētum effusum nomen tuum. ŷ. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et videntes. Gloria Patri. Vnguentum.

In tertio Nocturno.

ŷ. Elegit eam Deus, & præelegit eam. ꝛ. In tabernaculo suo habitare fecit eam.

Lectio S. Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. i i.

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus vëter, qui te portauit. Et reliqua.

Hom. Venerabilis Bedæ Presbyt.

Lib. 4. cap. 49. in Luc. i i.

Magnæ deuotionis, & fidei hæc mulier ostēditur, quæ Scribis, & Phariseis Dominū tentantibus, simul & blasphemantibus, tāta ejus incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, vt & præsentium procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorū perfidiam. Nam sicut tunc Judæi, Sancti Spiritus opera blasphemando, verum consubstantialemque Patri Dei Filium negabant, sic heretici postea negando, Mariam semper Virginem Sancti Spiritus operante virtute, nascituro cum humanis membris Vnigenito Dei, carnis suæ materiam ministrasse, verum consubstantialemque matri filium hominis fateri non debere dixerunt.

ꝛ. Felix namque es iacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster.

ŷ. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu: sentiant omnes tuum iuuamē, quicumque celebrant tuam sanctam solemnitatem. Quia ex te. *Benedictio.* Cujus festum colimus, ipsa Virgo Virginum.

Lectio viij.

Sed si caro Verbi Dei secundum carnem nascentis à carne Virginis matris pronuntiatur extranea, sine causa venter, qui eam portasset, vbera, quæ lactassent, beatificantur. Dicit autem Apostolus: Quia misit Deus

Deus Filium suum factū ex muliere, factum sub lege. Neque audiendi sunt, qui legendum putant: Natū ex muliere, factū sub lege: sed, Factū ex muliere: quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne: alioquin nec vere Filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Et nos igitur his contra Eutychem dictis extollamus vocem cum Ecclesia Catholica, cujus hęc mulier typum gessit, extollamus, & mentem de medio turbarum, dicamusque Saluatori: Beatus vēter, qui te portavit, & vbera, quæ suxisti. Verè enim Beata Parēs, quę sicut quidam ait: Enixa est puerpera Regē, qui cælum, terramque tenet per sæcula.

℞. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctū nomen ejus.

ŷ. Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit. Gloria Patri. Quia fecit.

Nona Lectio dicitur de Homilia Dominica occurrentis.

AD LAUDES.

& per Horas Añæ.

DUm esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorē suauitatis. *Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica. Antiph.* Læua ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. *Antiph.* Nigra sum, sed formosa filię Jerusale: idè dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Antiph. Jā hiems transijt, imber abiit, & recessit: surge amica mea, & veni.

Antiph. Speciosa facta es, & suavis in delicijs tuis, sancta Dei Genitrix.

Capitulum. Eccles. 24. b.

AB initio, & ante sæcula creata sum, & vsque ad futurum sæculum non desinā, & in habitatione sancta coram ipso ministraui.

Hymnus. O gloriosa Virginum. 9 1.

ŷ. Diffusa est gratia in labijs tuis.

℞. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus.

Antiph. Beata es Maria, quę credidisti; perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino, alleluia.

Oratio.

Solennitatem Rosarij Beatissimæ Virginis Marię Genitricis tuę celebrantes, quæsumus Omnipotens Deus benigno favore prosequere: quatenus ita ipsius sacra mysteria contemplemur in terris, vt post hujus vitæ cursum, eorum fructus percipere mereamur in cælis. Qui viuis & regnas.

Et fit commemoratio Dominicæ. Ad Primam in ℞. breui dicitur.

ŷ. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam. Antiph. Læua ejus: *Capitulum.* Ab initio.

℞. *breu.* Specie tua. * Et pulchritudine tua. ŷ. Intende, prospere procede, & regna. Et pulchritudine. Gloria Patri. Specie tua. ŷ. Adjuuabit eam Deus vultu suo. ℞. Deus in medio ejus non commouebitur.

Ad

Ad Sextam, Antiph. Nigra sum.

Capitulum. Eccles. 24. b.

ET sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea.

℞. breu. Adjuuabit eam, * Deus vultu suo. Adjuuabit. *℥.* Deus in medio eius, non commouebitur. Deus. Gloria Patri. Adjuuabit.

℥. Elegit eam Deus, & prælegit eam. *℞.* In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiph. Speciosa.

Capitulum. Eccles. 24. b.

IN plateis sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorẽ dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.

℞. breu. Elegit eam Deus. * Et prælegit eam. Elegit. *℥.* In tabernaculo suo habitare facit eam. Et prælegit. Gloria Patri. Elegit eam. *℥.* Diffusa est gratia in labijs tuis. *℞.* Propterea benedixit te Deus in æternum.

In secundis Vesperis omnia ut in primis.

Ad Magnificat, Antiph.

Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus.

Et fit commemoratio Dominicæ.

Missæ, Salve Sancta Parens, ex votiuis B. Mariæ à Pētec. ad Aduentũ. Prima Oratio. Solemnitatem Rosarij, &c.

Secreta.

Viuificet nos, quæsumus Domine, tui ipsius hostia salutaris: & Sanctissimæ Matris tuæ Rosarij solennia recolentes interiori Spiritus Sancti innouatione sanctifica. Qui viuis, & regnas, &c. in vnitæte eisdem Spiritus Sancti, &c.

Præfatio. Et te in solennitate.

Post Communio.

Concede, quæsumus Domine, semper nos per hæc Sancta Rosarij Genitricis tuæ mysteria gratulari: vt continue eadem contemplantes, perpetuæ nobis fiant causa lætiæ. Qui viuis, & regnas, &c.

DIE XIX. OCTOBRIS.

In festo Sancti Petri de Alcantara Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confess. non Põtif. præter Orationem, & Lectiones secundæ Nocturni.

In Hymno ad Matutinum, & secundis Vesperis dicatur: Hac die lætus meruit supremos Laudis honores.

Oratio.

Deus, qui Beatũ Petrum Confessorem tuum admirabilis pœnitentiæ, & altissime contemplationis munere illustrare dignatus es: da nobis, quæsumus; vt eius suffragantibus meritis, carni mortificati, facilius cœlestia capiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

L **Is**

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Petrus Alcantaræ in Hispania nobilibus parentibus natus, à teneris annis futuræ sanctitatis indicia præbuit. Decimo sexto ætatis anno Ordinem Minorum ingressus, se omnium virtutum exemplar exhibuit. Tum munus Concionatoris ex obedientia exercens, innumeros à vitijs ad veram pœnitentiam traduxit. Primum Sancti Francisci Institutum exactissimè reparare cupiens, ope diuina fretus, & Apostolica munitus auctoritate, angustissimum, & pauperrimum cœnobium juxta Pedrosam fundauit: quod vitæ genus asperrimum ibi feliciter cœptum, per diuersas Hispaniæ prouincias, vsque ad Indias mirificè propagatum fuit. Sanctæ Teresiæ, cujus probauerat spsritum, in promouenda Carmelitarum reformatione adiutor fuit. Ipsa autem à Deo edocta, quòd Petri nomine nihil quisquam peteret, quin protinus exaudiretur, ejus precibus se cōmendare, & ipsum adhuc viuentem Sanctum appellare consuevit.

ꝛ. Honestum fecit. 16.

Lectio v.

Principum obsequia, qui ipsum velut oraculum consulebant, summa humilitate declinans, Carolo Quinto Imperatori à confessionibus esse recusauit. Paupertatis rigidissimus custos, vna tunica, qua nulla deterior esset, contentus erat. Puritatem ita coluit, vt à fratre in extremo morbo sibi inseruiente nec

leuiter quidem tangi passus sit. Corpus suum perpetuis vigilijs, jejunijs, flagellis, frigore, nuditate, atque omni genere asperitatum in seruitutem redegit, cum quo pactum inierat, nè vllam in hoc sæculo ei requiem præberet. Charitas Dei, & proximi in ejus corde diffusa tantum quandoque excitabat incendium; vt è cellæ angustijs in apertum campum profilire, aërisque refrigerio conceptum ardorem temperare cogeretur.

ꝛ. Amauit eum Dominus. 16.

Lectio vj.

Gratia contemplationis admirabilis in eo fuit, qua cum assiduè spiritus reficeretur, interdum accidit, vt ab omni cibo, & potu pluribus diebus abstineret. In aera frequenter sublatus, miro fulgore coruscare visus. Rapidos fluuios sicco pede trajecit. Fratres in extrema penuria, cœlitus delata alimonia cibauit. Baculus ab ipso terre defixus, mox in viridem ficulneam excreuit. Cum noctu iter ageret densa niue cadente, dirutam domum sine tecto ingressus est, cique nix in aere pendula pro tecto fuit, ne illius copia suffocaretur. Dono prophetiæ, ac discretionis spirituum imbutum fuisse, Sancta Teresa testatur. Denique annum agens sexagesimum tertium, hora, qua prædixerat, migravit ad Dominum, mirabili visione, Sanctorumque præsentia confortatus. Quem eodem momento in cœlum ferri, Beata Teresa procul distans vidit; cui postea apprensus dixit:

dixit: O felix poenitentia, quæ tantam mihi promeruit gloriam. Post mortem verò plurimis miraculis claruit, & à Clemente Nono Sanctorum numero adscriptus est.

Æ. Iste homo perfecit omnia. 13.

In tertio Nocturno.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri in Euāgelium: Nolite timere pusillus grex, ut in communi Confessoris non Pontificis. Missa. Justus ut palma florebit, de Communi Confess. non Pontif. cum prima Oratione propr. Epistola. Fratres, quæ mihi fuerunt lucra, quæ habetur in Missali post Communionem ejusdem Missæ.

Formula die xix. Octobris imprimenda primo loco in Martyrologio Romano, ac legenda annuntiando Festū S. Petri de Alcantara Ordinis Minorum, juxta decretum Sac. Rit. Congregationis.

A Renis in Hispania S. Petri de Alcantara Confessoris Ordinis Minorum, quem propter admirabilem poenitentiam statim ab obitu in cælum ferri, Sancta Terefia conspexit, multisque postea miraculis coruscantem Clemens Nonus Sanctorum numero adscripsit; ejusque Festum die decima nona Octobris celebrari jussit, licet Sanctus idē die decima octaua in Domino obdormierit.

IN FESTO PATROCINIJ

B. Mariæ Virginis.

Duplex maius in omnibus Hispaniæ Regnis ex concessione Alexandri VII. aliqua die Dominica mensis Nouembris.

Officiū ut in festo S. Mariæ ad Niues

v. Augusti, & habetur supra in festo Rosarij B. Mariæ, pag. 96. Quæ sequuntur exceptis in primis Vesperis ad Magnif. Antiph. Sancta Maria, succurre miseris, juua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto famineo sexu: sentiant omnes tuum juuamē, quicumque celebrant tuam sanctā festiuitatem.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere. & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Et fit commemoratio Dominicæ occurrentis.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

Apud Metaphrasten.

Lectio iij.

DEi Filius non diuitem, aut locupletem aliquam feminam tibi matrem elegit, sed Beatam Virginem illam, cujus anima virtutibus ornata erat. Cùm enim Beata Maria supra omnem humanam naturā castitatem seruaret, propterea Christum Dominum in ventre concepit. Ad hanc igitur sanctissimā Virginem, & Dei Matrem accurrentes, ejus patrocinijs vtilitatem assequamur. Itaque quæcumque estis Virgines ad Matrem Domini confugite. Illa enim pulcherrimam, pretiosissimam, & incorruptibilem possessionem

L ij lionem

tionem patrociniō suo vobis conferuabit.

℞. Sicut cedrus. 76.

Lectio v.

Magnū re verā miraculum, fratres dilectissimi, fuit Beata semper Virgo Maria. Quid namque illa maius, aut illustrius vllō vniquam tempore inuentum est, seu aliquando inueniri poterit: Hæc sola cælum, ac terram amplitudine superauit. Quidnam illa sanctius? Non Prophete, non Apostoli, non Martyres, non Patriarchæ, non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Seraphim, non Cherubim: non denique aliud quidpiam inter creatas res visibiles, aut inuisibiles maius, aut excellentius inueniri potest. Eadem ancilla Dei est & mater, eadem Virgo, & Genitrix.

℞. Quæ est ista. 77.

Lectio vj.

Hæc ejus Mater est, qui à Patre ante omne principium genitus fuit, quem Angeli, & homines agnoscunt Dominum rerum omniū. Vis-ne cognoscere, quanto Virgo hæc præstantior sit cælestibus Potentijs? Illi cum timore, & tremore assistunt, faciem velantes suā: hæc humanum genus illi offert, quem genuit. Per hanc & peccatorum veniam consequimur. Aue igitur Mater, Cælum, Puella, Virgo, Thronus, Ecclesię nostrę Decus, Gloria, & Firmamētum assidue pro nobis precare Jesum Filium tuū, & Dominum nostrum: vt per te misericordiam inuenire in die iudicij, &

quę reposita sunt ijs, qui diligunt Deum, bona consequi possimus, gratia, & benignitate Domini nostri Jesu Christi: cum quo Patri simul, & Sancto Spiritui gloria, & honor, & imperium, nunc, & semper in sæcula sæculorum. Amen.

℞. Ornatam. 79.

In vij. Responsorio, vbi dicitur Solennitatem, dicitur Festiuitatem. Et dicitur nona Lectio de Homilia Dominicæ occurrentis, & de ea fit commemor. in Laudibus, & in secundis Vesp.

Missæ, vt in festo S. Mariæ ad Niues, cum commemoratione Dominicæ occurrentis, & de ea legitur Euangelium in fine.

DIE XIX. NOVE MBRIS.

In festo S. Elisabeth Viduæ, Regina Hungariæ. Duplex.

Omnia de Comuni Sanctarum nec Virginum, nec Martyrum, præter ea, quæ hic habentur propria.

Oratio.

Tuorum corda fidelium Deus miserator illustra: & Beatæ Elisabeth precibus gloriosis fac nos prospera mundi despiciere, & cælesti semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum.

Deinde fit cōmem. S. Pontiani Papæ, & Martyris.

In tertio Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

Elisabeth, Andreae Regis Hungariæ filia, ab infantia Deum timere cœpit; & crescens ætate, cre-

uit

uit etiam pietate. Ludouico Lant-
grauius Hassiæ, & Thuringiæ, in cō-
jugem copulata, non minori cura
quæ Dei, quàm quæ viri sui erant,
exequabatur: surgens enim noctur-
no tempore, orationi diu incumben-
bat; ac varijs misericordiæ officijs
dedita, viduis, pupillis, ægrotis, egē-
tibus sedulo inferuiebat: grauique
fame vrgente, domus suæ frumenta
liberaliter erogabat. Leprosos hos-
pitiū suscipiens, manus eorum, & pe-
des osculabatur. Curandis autem, &
alendis pauperibus insigne xeno-
dochium construxit.

ꝛ. Propter veritatem. 18.

Lectio v.

DEfuncto conjuge, vt Deo li-
berius seruiret, depositis om-
nibus sæcularis gloriæ indumentis,
vili tunica induta est, atque Ordi-
nem Pœnitentium Sancti Francisci
ingressa, patientiæ, & humilitatis
virtute maximè enituit. Nam bo-
nis omnibus exuta, à proprijs æ-
dibus ejecta, ab omnibus derelicta,
contumelias, irrisiones, obtrectatio-
nes inuicto animo tolerauit; adeo
vt summopere gauderet, se talia pro
Deo pati. Ad infima quæque mini-
steria erga pauperes, & ægrotos se
abjiciens, eis necessaria procurabat,
folis oleribus, & leguminibus pro
suo victu contenta.

ꝛ. Dilexisti iustitiam. 18.

Lectio vj.

CUM verò in his, alijsque plu-
rimis sanctis operibus vitam
religiosissimè tranlegisset, finis tandē
suæ peregrinationis aduenit, quem

domesticis suis ante prædixit. Cum-
que defixis in cælum oculis diuinæ
contemplationi vacaret, à Deo mi-
rabiliter recreata, & Sacramentis
refecta, obdormiuit in Domino.
Statimque plurima ad ejus tumu-
lum miracula patrata sunt. Quibus
auditis, & rite probatis, Gregorius
Nonus Sāctorum numero eam ad-
scripsit.

ꝛ. Fallax gratia. 18.

In tertio Nocturno.

*Homilia Sancti Gregorij Papæ in E-
uangel. Simile est Regnum Cælorū
thelauro abscondito in agro, &c. de
Communi nec Virgin. nec Martyrum.*

*Nona Lectio de S. Pontiano Papa, &
Martyre cum commem. in Laudibus.*

*Missæ Cognoui Domine, &c. pro
nec Virgine, nec Martyre. Oratio pro-
pria, & commemor. S. Pontiani Papæ,
& Martyris.*

DIE III. DECEMBRIS.

*In festo S. Francisci Xauerij Confesso-
ris: Duplex.*

*Omnia de Communi Confessoris non
Pontificis, præter Orationē, & Lectio-
nes secundi, & tertij Nocturni.*

*In Hymno ad Matutinū, & in se-
cundis Vesperis tertius Versus dicatur:
Hac die lætus meruit supremos Lau-
dis honores.*

Oratio.

DEUS, qui Indiarū Gētes Bea-
ti Francisci prædicatione, &
miraculis Ecclesiæ tuæ aggregare
voluisti: concede propitius; vt cujus
gloriosa merita veneramur, virtutū
quoque imitemur exēpla. Per Do-

L ij minum

minum nostrum Jesum Christum.
Deinde fit commemoratio S. Bibianæ.

Postea de Feria: quod & seruatur per totum Aduentum in Vesperis, & Laudibus.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente,

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

FRANCISCUS in Xauerio Diocesis Pampelonensis nobilibus parentibus natus, Parisijs Sancto Ignatio sese comitem, & discipulum junxit. Ipso magistro eo breui deuenit, vt in rerum diuinarum contemplatione defixus, à terra aliquando sublimis eleuaretur: quod illi sacrificanti coram populi multitudine aliquoties euenit. Has animi delicias magnis sui corporis cruciatibus merebatur. Nam interdicto sibi, non carnis solum, & vini, sed panis quoque triticeï vsu, vilibus cibis vesci solitus, per biduum sub inde, triduumque omni prorsus alimento abstinuit. Ferreis in se flagellis ita sæuijt, vt sæpè copioso cruore difflueret; somnum breuissimum humi jacens carpebat.

ꝛ. Honestum fecit. 13.

Lectio v.

VItæ austeritate, ac sanctitate Apostolico muneri jam maturus, cum Joannes Tertius Lusitanix Rex aliquot nascentis Societatis viros à Paulo Tertio pro Indijs postulasset: Sancti Ignatij hortatu ab eodem Pontifice ad tantum opus cum Apostolici Nuntij potestate deligitur. Eo appulsus, illicò variarum

Gētium difficillimis, & varijs linguis diuinitus instructus apparuit. Quin eum quandoque vnico idiomate ad diuerlas Gentes concionantem, vnaquæque sua lingua loquentem audiuit. Prouincias innumeras pedibus semper, & sæpè nudis peragrauit. Eidem Iaponiæ, & sex alijs Regionibus inuexit. Multa centena hominum millia ad Christum in Indijs conuertit, magnosque Principes, Regesque complures sacro Fonte expiauit. Et cum tam magna pro Deo ageret, ea erat humilitate, vt Sancto Ignatio, tunc Preposito suo, flexis genibus scriberet.

ꝛ. Amavit eum Dominus. 13.

Lectio v.

HVnc dilatandi Euangelij ardorem multitudine, & excellentia miraculorum Dominus roborauit. Cæco visum reddidit. Tantum marinæ aquæ signo Crucis conuertit in dulcem, quantum quingentis vectoribus, qui siti adigebantur ad mortem, diu suffecit; qua in varias quoque regiones asportata, ægri plurimi subito curati sunt. Plures mortuos reuocauit ad vitam; inter quos pridie sepultum erui iustum è tumulo suscitauit: duosque alios dum efferrentur, apprehensa eorum manu, parentibus è feretro viuos restituit. Prophetiæ spiritu passim afflatus, plurima & loco, & tempore remotissima enuntiauit. Demum in Sanciano Sinarum insula die secunda Decembris obiit plenus meritis, laboribusque confectus. Demortui cadauer viua calce per multos menses

ses bis obrutum, sed penitus incorruptū, odore, & sanguine manauit: & vbi Malacam delatum est, pestem sæuissimam confestim extinxit. Denique vbi que terrarum nouis, maximilque fulgentem miraculis, Gregorius Decimus Quintus Sāctis adscripsit.

℞. Iste homo perfecit. 13.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundū Marcum.

Lectio vij. Cap. 16. c.

IN illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creature. Et reliqua. Homilia Sancti Gregorij Pape.

Homilia 29. in Euangel. post initium.

POtest omnis creature nomine omnis natio Gentium designari. Ante etenim dictum fuerat: In viam Gentium ne abieritis: nunc autem dicitur: Prædicate omni creature: vt scilicet prius à Judæa Apostolorū repulsa prædicatio tunc nobis in adiutorium fieret, cum hāc illa ad damnationis suæ testimoniū superba repulisset. Sed cum Discipulos ad prædicandum Veritas mittit, quid aliud in mundo facit, nisi grana feminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, vt multarum messium fruges recipiat ex nostra fide.

℞. Iste est, qui ante Deum, &c.

Lectio viij.

NEque etenim in vniuersū mundum tanta fidelium messis exurgeret, si de manu Domini super

rationalem terram illa electa grana prædicantium non venissent. Sequitur: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur. Fortasse vnusquisque apud semetipsum dicat: Ego jam credidi, saluus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quæ in hoc, quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim, quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

℞. Sint lumbi vestri, &c.

Lectio ix.

Signa autem eos, qui credituri sunt, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & benè habebunt. Nunquid nam, fratres mei, quia ista signa non facitis, minimè creditis? Sed hæc necessaria in exordio Ecclesie fuerunt. Vt enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda. Quia & nos, cum arbuta plantamus, tamdiu eis aquā infundimus, quousque ea in terra jam coaluisse videamus: & si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim, quod Paulus dicit: Lingue in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus.

Te Deum laudamus.

In Laudibus fit comm. Ferie.

Missæ habetur propria.

euang. de Ag. 7

In

*In secundis Vesperis fit commemorat.
Feriae, & Sanctae Barborae.*

DIE VIII. DECEMBRIS.

*Officium Conceptionis B. Mariae Vir-
ginis Immaculatae, cum Octaua.*

Duplex de Praecepto.

*Officium in Festo fit ut in Breuiario
Romano.*

*Omnia dicuntur per Octauam, ut in
ipso Festo, exceptis Lectionibus, quae di-
cuntur, ut hic infra assignatur.*

DIE IX. DECEMBRIS.

*Secunda die infra Octauam Concep-
tionis B. Mariae.*

*In primo Nocturno leguntur Lectio-
nes de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

*De Sermone Sancti Augustini
Episcopi.*

Serm. 18. de Sanctis, in medio.

Lectio iv.

EXultat Maria, & Matrem se læ-
ta miratur, & de Spiritu San-
cto se peperisse gaudet: nec quia pe-
perit innupta, terretur; sed quia ge-
nerit, cum exultatione miratur. O
fœmina super fœminas benedicta,
quæ virum omninò non nouit, &
virum suo utero circumdedit. Cir-
cumdat virum Maria Angelo fidem
dando, quia Heua perdidit virum,
serpenti consentiendo. O felix obe-
dientia, ò insignis gratia! quæ dum
fidem humiliter dedit, cæli in se opi-
ficem corporauit. Hinc promeruit
gloriam, quam ipsa postmodum au-
xit. Ecce ait, ex hoc Beatam me di-
cent omnes generationes.

R. Conceptio Gloriosæ Virginis
Mariæ, ex semine Abrahe, ortæ de
tribu Juda, clara ex stirpe David: *
Cujus vita inclyta cunctas illustrat
Ecclesias.

ÿ. Hodie concepta est Beata Virgo
Maria ex progenie David. Cujus
vita.

Lectio v.

O Beata Maria, quis tibi digne
valeat jura gratiarum, ac lau-
dum præconia rependere, quæ sin-
gulari tuo assensu mundo succurristi
perdito? Quas tibi laudes fragilitas
humani generis persoluat, quæ solo
tuo commercio recuperandi aditum
inuenit? Accipe itaque quascunque
exiles, quascunque meritis tuis im-
pares gratiarum actiones: & cum
susceperis vota, culpas nostras oran-
do excusa. Admitte nostras preces
intra sacrarium exauditionis, & re-
porta nobis antidotum reconcilia-
tionis.

R. Cum iucunditate Conceptionem
Beatæ Mariæ celebremus: * Ut ip-
sa pro nobis intercedat ad Dominum,
Jesum Christum. **ÿ.** Corde, & ani-
mo Christo canamus gloriam in
hac sacra solennitate præcelsæ Geni-
tricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Lectio vj.

Sit per te excusabile, quod per te
singulerimus; fiat impetrabile, quod
fida mente poscimus. Accipe, quod
offerimus, redona, quod rogamus;
excusa, quod timemus: quia tu es
spes, vnica peccatorum. Per te spera-
mus delictorum veniam, & in te
Beatissima nostrorū est ex pectatio
præ-

Beatissima nostrorum est expectatio premiorum. Sancta Maria, succurre miseris, iuuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fæmineo sexu: sentiant omnes tuū iuuamen, quicumque celebrant tuam Sanctam Conceptionem.

℞. Conceptio tua, Dei genitrix Virgo, gaudium annuntiauit vniuerso mundo: Ex te enim ortus est Sol iustitię, Christus Deus noster: * Qui soluens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam. y. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te. Gloria Patri. Qui soluens.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. i.

Liber generationis Jesu Christi, Filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Lib. i. Cōment. in Matth. in init.

In Isaia legimus: Generationem Iesus quis enarrabit? Non ergo putemus Euangelistam Prophetę esse contrarium, vt quod ille impossibile dixit effatu, hic enarrare incipiat: quia ibi de generatione Diuinitatis, hic de Incarnatione est dictū. A carnalibus autem cœpit, vt per hominem, Deum discere incipiamus. Filij Dauid, filij Abraham: Ordo preposterus, sed necessario commutatus. Si enim primū posuisset

Abraham, & postea Dauid, rursus ei repetendus fuerat Abraham, vt generationis series texeretur.

℞. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

y. Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum. Quia.

Lectio viij.

Ideo autem cæteris pretermisissis, horum filium nūcupauit: quia ad hos tantum facta est de Christo re-promissio. Ad Abraham: In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gētes, quod est Christus. Ad Dauid: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Tamar. Notandum, in genealogia Saluatoris nullam Sanctarum assumi mulierum, sed eas, quas Scriptura reprehendit: vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret. Vnde & in consequentibus Ruth Moabitis ponitur, & Berthsabée vxor Vrię.

℞. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est Sol iustitię: * Christus Deus noster. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fæmineo sexu: sentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuam Sanctam Conceptionem. Quia. Gloria Patri. Christus.

Lectio ix.

Iacob autem genuit Ioseph. Hūc locū objecit nobis Julianus Augustus de dissonantia Euangelista-

M rum:

rum: Cur Euangelista Matthæus Joseph dixerit filium Jacob, & Lucas eum filium appellarit Heli: non intelligens consuetudinam Scripturarum, quod alter secundum naturam, alter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen Deo iubente præceptum, vt si frater, aut propinquus absq; liberis mortuus fuerit, alius accipiat vxorẽ ad suscitandum semen fratris, vel propinqui sui. Joseph virum Marię. Cum audieris, suscipio tibi non subeat nuptiarum; sed recordare consuetudinis Scripturarum, quod sponsi viri, sponsę vocentur vxores.

Te Deum laudamus.
In Laudibus fit commemoratio Ferie; cui in Vesperis additur S. Melchisedis Papę, & Martyris.

DIE X. DECEMBRIS.

Tertia die infra Octauam Conceptionis Beatę Marię.

In primo Nocturno leguntur Lectiões de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Serm. in cap. 12. Apocalypsis.

Lectio iij.

Nouum fecit Dominus super terram, vt mulier circumdaret virum, nec alium quàm Christum, de quo dicitur: Ecce vir Oriens nomen eius. Nouum quoque fecit in cælo, vt mulier Sole appareret amicta. Denique & coronauit eum, & vicissim ab eo meruit coronari. Egre dimini filię Sion, & videte Regẽ Salomonem in diademate, quo co-

ronauit eum mater sua. Verum hoc alias: Interim sanè ingredimini magis, & videte Reginam in diademate, quo coronauit eam Filius suus. In capite, inquit, eius corona stellarum duodecim.

Conceptio gloriosę. 87.

Lectio v.

Dignum planè stellis coronari caput, quod & ipsis longe clarius micans, ornet eas potius, quàm ornetur ab eis. Quidni coronent sidera, quã Sol vestit? Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarũ, & lilia conuallium. Nimirum læua sponsi sub capite ejus, & iam dextera illius amplexatur eam. Quis illas æstimet gemmas? Quis stellas nominet, quibus Marię regium diadema compactum est?
Cum iucunditate. 86.

Lectio vi.

Quid ergo sidereum micat in generatione Maria? Planè quod ex Regibus orta, quod ex femine Abraham, quod generosa ex stirpe Dauid. Si id parum videtur, adde, quod generationi illi singulare priuilegium sanctitatis diuinitus noscitur esse concessa: quod longè ante eisdem patribus cęlitus repromissa, quod mysticis præfigurata miraculis, quod oraculis prænuntiata prophetis. Hanc enim sacerdotalis virga, dum sine radice floruit: hanc Gedeonis vellus, dum in medio ficcæ areę maduit: hanc in Ezechielis visione Orientalis porta, quæ nulli vquam patuit, præsignabat.
Conceptio tuã. 87.

In tertio Nocturno.

LECTIO Sancti Euangelij secundum
Matthæum.

Lectio vij. Cap. i.

Liber generationis Jesu Christi filij David, filij Abraham, Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob, Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarij Episcopi.

Comment. in Matth. cant. 2.

Non refert, quis in originis numero, atque ordine collocetur, dummodò vniuersorum familia coepta esse intelligatur ab vno. Itaque cum ejusdem tribus sit Joseph, & Maria, dum profectus esse ex Abraham genere Joseph ostenditur, profecta quoque docetur & Maria. Hæc enim in lege ratio seruata est, vt si mortuus sine filijs familiae Princeps esset, defuncti vxorem posterior frater ejusdem cognationis acciperet, susceptosque filios in familiam ejus, qui mortuus esset, referret: maneretque ita in primogenitis successionis ordo, cū patris eorum, qui post se nati essent, aut nomine haberentur, aut genere,
R. Beatam me dicent. 87.

Lectio viij.

Sequens illud est, vt quia diximus secundum rerum fidem generationis istius ordinem, nec numero sibi, nec successionem constare, hujus quoque rei ratio afferatur. Non enim leuis causa est, vt aliud in narratione sit, aliud fuerit in gestis, & aliud referatur in summa, aliud verò teneatur in numero. Namque ab Abraham vsque ad

David quatuordecim generationes numeratæ sunt, & à David vsque ad transmigrationem Babylonis in quibusdam libris decem & septem deprehenduntur. Sed in hoc non mendacij, aut negligentiae vitiū est. Tres enim ratione præteritæ sunt. Nam Joras genuit Ochoziam. Ochozias verò genuit Joam: Joas deinde Amasiam: Amasias autem Oziam: & in Matthæo Joras Oziam genuisse scribitur, cū quartus ab eo sit. Hæc ita, quia ex gentili femina Joras Ochoziam genuit, ex Achab scilicet, qui Jezabel habuit vxorem.
R. Felix namque es. 88.

Lectio ix.

Denique per prophetam non nisi quarta generatione in throno regio Israelis quemquam de domo Achab, esse sessurum dicitur. Purgata igitur labe familiae gentilis tribus, quæ præteritis jam regulis, in quarto generationum consequentiū ordine numeratur, & vsque ad Mariam generationes quatuordecim esse scribuntur, cum in numero decem & septem reperiantur, nullus error esse poterit scientibus, non eam solū esse Domino nostro Jesu Christo originem, quæ coepit ex Maria: sed in procreatione corporea, natiuitatis æternæ significantiam comprehendit.

Te Deum laudamus.

In Laudibus sit commemor. Ferie, & S. Melchiadis Papæ, & Mart.

Vesperæ à Capitulo de S. Damaso Papa, & Confessore, cum commemor. Octau. & Ferie.

M ij

DIE

DIE XI. DECEMBRIS.

Quarta die infra Octauam Conceptionis Beatæ Mariæ.

Fit de S. Damaso Papa, & Confess. cum commemor. Octauæ, & Ferie in Laudibus.

Vesperæ à Capitulo de Octaua, cum commemor. S. Damasi, & Ferie.

DIE XII. DECEMBRIS.

Quinta die infra Octauam Conceptionis Beatæ Mariæ.

In primo Nocturno leguntur Lectiões de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex libro Sancti Epiphaniij Episcopi aduersus hæreses.

Lib. 3. hæresi 78. post medium.

Lectio iij.

BEATA Mater Dei Maria per Heuam significatur, quæ per ænigma accepit, vt mater viuentiũ vocetur. Illa etenim mater viuentiũ vocata est, etiam postquam audiuit, Terra es, & in terram reuerteris, post transgressionem. Et mirum est, quod post transgressionẽ hoc magnũ cognomen habuit. Et quod quidẽ pertinet ad rẽ sensibile, ab illa Heua omnis hominum generatio deducta est in terra: hic autem verè à Maria hæc vita mundo genita est, vt viuentem gigneret, & fieret Maria mater viuentium. Per ænigma igitur Maria mater viuentium appellata est.

æ. Conceptio gloriosæ. 86.

Lectio v.

HEUÆ datum est operire corpus sensibile propter nuditatem

sensibilem: Mariæ verò datum est à Deo, vt pareret nobis Agnũ, & ouẽ, & ex gloria ipsius Agni, & ouis fieret nobis velut à vellere in sapientia per virtutem ipsius indumentum incorruptibilitatis. Heua etiã mortis causa facta est hominibus: per ipsam enim mors ingressa est in mundum: Maria verò causa vitæ, per quam genita est nobis vita, & per hanc Filius Dei aduenit in mundum, & vbi abundauit peccatum, ibi superabundauit & gratia: & vnde illata est mors, illinc processit & vita, vt vita pro morte fieret: & qui per mulierẽ nobis vita factus est, mortem ex muliere inductam excluderet. Et quoniam illic Heua, cum adhuc esset virgo, per inobedientiam transgressa est: è contrario per Virginem obedientia gratiæ facta est, annuntiatio aduentu in carne de cælo, & vita æterna.

æ. Cum iucunditate. 86.

Lectio vj.

DE Maria accipitur (liceat mihi hoc dicere) quod scriptum est de Ecclesia: Reliquet homo patrem suum, & matrem suam; & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Sanctus autem Apostolus dixit: Mysterium hoc magnum est, ego autẽ dico in Christo, & Ecclesia. Et vidi Scripturarum accuratam dicendi proprietatem, quòd de Adam quidem dixit: formauit: de Heua verò non formatam esse, sed edificatam. Accepit enim inquit vnam de costis ejus, & edificauit ipsi in vxorem: Quo ostendat: Dominũ quidem

quidem de Maria efformasse sibi ipsi corpus, ab ipsa verò costa edificatam esse Ecclesiam, in eo quòd punctū, & apertum est ipsius latus, & mysteria sanguinis, & aquæ, pretia redemptionis facta sunt. *1. 2. oratio xii. r.* Conceptio tua. 86.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. i.

Liber generationis Jesu Christi, filij David, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Homil. 2. in Matth. post initium.

Avditu quid mirabile est, quòd ineffabilis Deus, & qui nec sermonibus explicari potest, nec cogitationibus comprehendi, Patrique per omnia coequalis, per Virginis ad nos venit vterum, & fieri ex muliere dignatus est, & habere progenitores David, & Abraham: Et quid dico, David, & Abraham? Etiam illas; quod magis stupendum est, fæminas, quas paulo antè memoravi. Hæc igitur audiens mente confurge, nihilque humile suspiceris, sed potiùs propter hoc ipsum maximè mirare, quia cum verus, & dilectus Filius sit sempiterni Dei, etiam filius David esse dignatus est, modò vt te filium faceret Dei: seruum patrem habere dignatus est, vt tibi seruo Patrem faceret ipsum Deum.

r. Beatam me dicent. 87.

Lectio viij.

Vides ab ipso statim principio, quàm læta sunt hæc nuntia. Quòd si ambigis de his, quæ ad tuū spectant honorem, ab ijs, quæ illius sunt, etiam tua disce credere. Quantum enim consequi potest humana ratio, multò est difficilius Deum hominem fieri, quàm hominem Dei filiū consecrari. Cum ergo audieris, quia Filium Dei, filius sit & David, & Abraham, dubitare jã desine, quod & tu, qui filius es Adæ, futurus sis filius Dei. Non enim semetipsum ita humiliasset, nisi nos esset exaltaturus. Natus est enim secundum carnem, vt tu nascerere spiritu: natus est ex muliere, vt tu desineres filius esse mulieris.

r. Felix namque es. 88.

Lectio ix.

Propterea duplex facta generatio est, hæc scilicet nostræ similis, illa nostram eminenter excedēs. Quod enim natus ex fæmina est; & nobis competit; quòd verò non ex sanguine, neque ex volūtate carnis, aut viri, sed ex Spiritu Sancto, aliam nobis sublimiorem, futuramque, & spiritu consequendam generationem promittit. Sed alia quoque omnia ex simili diuersitate constabant. Nam & baptisma profecto tale suscepit, quod haberet quidem aliquid veteris, haberet & noui. Quod enim baptizatus est à Propheta, expressit vetus; quòd autem descendit Spiritus, adumbravit nouum.

Te Deum laudamus.

In Laudib. fit commemor. Ferie.

M iij

Vesperæ

Vesperæ de S. Lucia Virgine Martire, cum commem. Octauæ, & Ferie.

DIE XIII. DECEMBRIS.

Sexta die infra Octauam Conceptionis Beatæ Mariæ.

Fit de S. Lucia Virg. & Mart. cum commem. Octauæ Conceptionis, & Ferie in Laud. & Vesp.

DIE XIV. DECEMBRIS.

Septima die infra Octauam Conceptionis Beatæ Mariæ.

In primo Nocturno leguntur Lectio- nis de Scriptura occurrente.

Si autem hac die, vel sequenti occur- rat Fer. i. v. Quatuor Temporū, Lectiones primi Nocturni leguntur de Parabolis Salomonis: Ego sapientia, vt in Festo S. Mariæ ad Niuos 5. Augusti, & ha- bentur supra pag. 98. & Lectio nona de Homilia Ferie.

In secundo Nocturno.

Ex Epistola S. Ambrosij Episcopi ad Siricium Papam.

Epist. 81. al. 7. Lectio jv.

DE via peruerſitatis produntur dicere: Virgo concepit, sed nõ Virgo generauit, Potuit ergo Virgo concipere, non potuit Virgo gene- rare, cum ſemper conceptus præce- dat, partus ſequatur? Sed ſi doctrinis non creditur ſacerdotum, credatur oraculis Chriſti, credatur monitis Angelorum dicentium: Quia nõ eſt impoſſibile Deo omne Verbum. Cre- datur Symbolo Apoſtolorum, quod Eccleſia Romana intemeratum ſẽ- per cuſtodit, & ſeruat. Audiuit Maria vocem Angeli, & quæ antè dixerat:

Quomodo fiet iſtud? Non de fide generationis interrogans, reſpondit poſteà: Ecce ancilla Domini, contin- gat mihi ſecundum Verbum tuum. R. Conceptio glorioſa. 86.

Ex libro S. Hieronymi Preſbyteri aduerſus Iouinianum.

Ex Apolog. ad Pammachium pro Lib. aduerſus Iouinianum,

in fine.

Lectio v.

CHriſtus Virgo, Mater Virginis noſtri Virgo perpetua, Mater & Virgo. Jeſus enim clauſis ingreſ- ſus eſt oſtijs, & in ſepulchro ejus, quod nouum, & in petra duriffima fuerat exciſum, nec antèa quis, nec poſteà poſitus eſt. Hortus concludus, fons ſignatus, de quo fonte ille flu- uius manat, juxta Joel, qui irrigat torrentem, vel funium. vel ſpinarũ; funium, peccatorum, quibus antè al- ligabamur, ſpinarum, quæ ſuffocant ſementem patris familias. Hæc eſt porta Orientalis, vt ait Ezechiel, ſẽ- per clauſa, & lucida, operiens in ſe, vel ex ſe proferens Sancta Sancto- rum: per quam Sol juſtitia, & Pon- tifex noſter ſecundum ordinẽ Mel- chiſedech ingreditur, & egreditur. R. Cum iucunditate. 86.

Ex libro Sancti Irenæi Episcopi, & Martyris aduerſus hæreſes.

Lib. 5. cap. 19.

Lectio vj.

IN ſua propria veniente Domi- no, & ſua propria cum bajulante conditione, quæ bajulatur ab ipſo, & recapitulatione ejus, quæ in lig- no fuit inobedientia, per eam, quæ in

in ligno est, obedientiam faciente, & seductione illa soluta, qua seducta est malè illa, quæ jam viro destinata erat Virgo Heua; per veritatem euangelizata est benè ab Angelo jam sub viro Virgo Maria. Quem admodum enim illa per angelicum sermonem seducta est, vt effugeret Deum: pruaricata Verbum ejus: ita & hæc per angelicum sermonem euangelizata est, vt portaret Deum, obediens ejus Verbo. Et sicut illa seducta est, vt effugeret Deum, sic hæc suasa est obedire Deo, vti Virginis Heuæ Virgo Maria fieret aduocata. Et quemadmodum adstrictum est morte genus humanum per Virginem, soluatur per Virgine, æqua lance disposita Virginalis inobedientia, per Virginalem obedientiam.

℞. Conceptio tua. 87.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio viij. Cap. i.

Liber generationis Jesu Christi, Filij David, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Vnde supra, paulo post.

Cujus verò rei gratia librū ipsū generationis Christi vocat, vbi non sola vbiq; generatio, sed tota prorsus ipsius mysterij dispensatio continetur? Quia totius scilicet dispensationis caput, radix, atque principium omnium nobis in hoc con-

sistit bonorum. Vt enim Moyses librum celi appellauit, ac terræ, cum certè non de cælo solum, terraque loqueretur, sed de cunctis, quæ inter ipsa subsistant: ita etiam Euangelista ab ipso omnium fonte, & capite bonorum librum vocauit.

℞. Beatam me dicent. 87.

Lectio viij.

Qua verò de causa non eum tantè Filium Abrahæ, & postea Filium David nuncupauerit? Non, sicut opinantur aliqui, ab inferioribus volens ad superiora conscendere. Ceterum fecisset, quod fecit & Lucas, nunc autè è contrario facit. Cur ergo commemorauit priorem David? Quia ipse proculdubio in omnium verlabatur ore, ob insigne honoris, & gloriæ, ob ipsius quoque temporis spatia junctiora. Et si enim vtrique promiserat Deus, sed tamen illud quasi antiquum reticebatur, hoc verò quasi nouum, & recens ab omnibus celebrabatur.

℞. Felix namque es. 88.

Lectio ix.

Ipsi namque Judæi dicunt: Nonne ex femine David, & Bethlehem castello, vbi erat David, venit Christus? Nemo igitur illum Filiū Abrahæ, sed omnes Filium David nominabant: qui etiam honorabiliores quosque de sanctitate Reges, qui post David fuisse referuntur, ab illo omnes vocabant. Nec ipsi solum, verum etiam Deus: nam & Ezechiel, & alij Prophetæ dicunt. David surrecturum esse eis, atque venturam; non de illo vtiq; mortuo jam

jam loquentes, sed de ijs, qui illius virtutem erant imitaturi. Propterea igitur à notiore interim, & celebratiore persona sumit exordium; & tū demum ad antiquiorem recurrit parentem.

Te Deum laudamus.

In Laudib. fit commemor. Ferie.

Ad Vesperas Officium Duplex, & omnia dicuntur sicut in primis Vesperis Festi, cum commemor. Ferie, & S. Eusebij Episcopi, & Martyris.

DIE XV. DECEMBRIS.

Octava Conceptionis Beatæ Mariæ. Duplex.

Si hæc dies Octava venerit in Dominica Tertia Aduentus, Vesp. Sabbati dicuntur de Psalterio, & à Cap. de Dominica, cum comm. diei Octauæ in primis, & secundis Vesper. & Laudibus.

In primo Nocturno Lektionen de Scriptura occurrente.

Si autem hac die occurrat Feria quarta quatuor Temporum, Lektionen primi Nocturni sicut in die præcedenti dicuntur.

In secundo Nocturno.

De Expositione Sancti Gregorij Papæ in libros Regum.

In 1. Reg. 1.

Lectio jv.

FVit vir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim. Potest hujus mōtis nomine Beatissima semper Virgo Maria, dei Genitrix designari. Mons quippè fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinē electionis suæ dignitate transcendit. An non mons sublimis Maria, quæ vt ad conceptionem æterni

Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum choros, vsque ad solium Deitatis erexit? Hujus enim montis præcellentissimam dignitatem Isaias vaticinans, ait: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium. Mons quippè in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes Sanctos refulfit.

℞. Conceptio gloriosæ. 86.

Ex Epistola Sancti Leonis Papæ ad Pulcheriam Augustam.

Epist. 13. ante medium.

Lectio v.

Sacramentū reconciliationis nostre ante tempora æterna dispositum, nullę implebant figuræ: quia nondum superuenerat Spiritus Sanctus in Virginem, nec virtus Altissimi obumbrauerat ei, vt & intra intemerata viscera, ædificante sibi Sapientia domum, Verbum caro fieret, & forma Dei, ac forma serui in vnā conueniente personam, Creator temporum nasceretur in tempore, & per quem facta sūt omnia, ipse inter omnia gigneretur. Nisi enim nouus homo, factus est in similitudinē carnis peccati, nostram susciperet vetustatem, & consubstantialis Patri, consubstantialis esse dignaretur & matri, naturamque sibi nostram solus à peccato liber vniret; sub iugo diaboli generaliter teneretur humana captiuitas.

℞. Cum iucunditate. 86.

De Expositione S. Basilij Episcopi
in Isaiam Prophetam.

In cap. 8. post initium.

Lectio vj.

Accessi, inquit, ad Prophetissā,
& in utero accepit, & peperit
filium. Quod Maria Prophetissa fue-
rit, ad quam proximē accessit Isaias
per prænotionem spiritus, nemo cō-
tradixit, qui sit memor verborum
Mariæ, quæ prophético afflata spi-
ritu elocuta est. Quid enim ait?
Magnificat anima mea Dominum;
& exultauit spiritus meus in Deo sa-
lutari meo: quia respexit humilita-
tem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generatio-
nes. Quod si animum accommoda-
ueris vniuersis ejus verbis, non uti-
que contentiosè negaueris eam fuisse
Prophetissam, quod Domini spi-
ritus in eam superuenerit, & virtus
Altissimi obumbrauerit ei.

℞. Conceptio tua. 87.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum
Matthæum.

Lectio vij. Cap. i.

Liber generationis Jesu Christi
Filij David, Filij Abraham. A-
braham genuit Isaac. Isaac autem
genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Vnde supra paulo post.

Duo sunt, quæ pariunt quæsti-
onem. Vnum, quæ causa sit,
vt in generationum catalogo Virgo
sileatur: alterum verò, qua ratione
Joseph memoretur, cui certè nihil
cum Christi generatione est cōmu-

ne. Videtur enim & vnum abunda-
re, & alterum deesse. Quid ergo di-
cemus? Quod utique primū illud
necesse fuerit memorari, quem ad-
modum ex David Virgo descende-
rit. Vnde hoc itaque discemus? Au-
di ad Gabriel loquentem Dominū:
Vade ad Virginem desponsatam vi-
ro, cui nomē Joseph, ex domo, & fa-
milia David. Quid vis audire mani-
festius, cū ex domo, & familia Da-
uid illam Virginem esse cognoscas?
℞. Beatam me dicent. 87.

Lectio viij.

Non erat mos apud Hebræos,
generationum catalogum per
fæminas texere. Vt ergo, & morem
custodiret, neue in ipso statim prin-
cipio videretur antiqua destruere, &
nobis Virginem certiùs indicaret;
parentes ejus reticens, atque maio-
res, de Joseph generatione non ta-
cuit. Siue enim hæc fecisset in Virgi-
ne, nouitatis non effugisset inuidiā:
siue Joseph reticuisset, nō agnosce-
mus ex qua tribu Virgo subsisteret.
Vt ergo, & nos discernemus, quæ
esset Maria, vel vnde & consuetudo
legis permaneret immobilis, gene-
rationum catalogum vsque ad Ipon-
sum ejus perduxit, ac de domo illum
David esse monstrauit.

Lectio ix.

Hoc enim declarato, illud quo-
que pariter ostendit, quod sci-
licet inde esset & Virgo: quia utiq;
nequaquam justus iste pateretur v-
xorem sibi aliunde, quam vnde lex
præcipiebat, eligere. Possumus verò
aliam quoque, & altiore quidem

N pro-

proferre rationem, ob quam parentes Virginis prætermiffi sunt. Sed quæ ea est? Noluit Evangelista recenti adhuc tempore noui illius, admirandique partus Judæis esse manifestū, quod Christus natus fuisset ex Virgine. Neque proprius noster hic sermo est, sed à nobis de Patrum, atque insignium virorum traditione susceptus.

Te Deum laudamus.

In Laudib. fit comm. Feria, & S. Eusebij Episcopi, & Martyris.

Vrbis, & Orbis. Decretum Generale. Super Officij Translatione de Sanctis ad libitum.

Proposito dubio in Sac. Rituū Congregatione habita die 18. Julij proximè præteriti. An de Sæctis ad libitū fieri possit Translatio, sicut fit de alijs Sæctis, qui non sunt ad libitum similiter translatis? Et Sacra eadem Congregatio respondit affirmatiuè, si Sanctissimo visum fuerit. Et facta de prædictis Sanctissimo relatione per me Secretarium, Sanctitas Sua sensum ejusdem Sacræ Congregationis approbavit, & in posterum transferri posse permisit, atque concessit. Die 16. Septembris. 1671.

F. M. Episc. Port. Card. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalini Sac. Rit. Congr. Secr.

Vrbis, & Orbis. Decretum Generale super Officij Sanctorum ad libitum non transferendis.

QVamuis Sac. Rituū Cōgregatio die 18. Julij 1671. annuente etiā Sanctissimo die 16. Septēbris ejusdē anni ad Dubiū, An de Sæctis ad libitū fieri possit translatio, sicut fit de alijs Sanctis, qui non sunt ad libitum similiter translatis? Respondiderit affirmatiuè, nihilominus eadem Sac. Congregatio habita die 2. mensis Decembris currentis, prædicto Decreto non obstante, censuit in futurum officia Sanctorum ad libitum non esse transferenda, quando dies eorum festiuitatum sunt impediti die Dominico, aut aliquo alio die festorum mobilium, si Sanctissimo Domino nostro visum fuerit. Et facta de prædictis verbo cum Sanctissimo per me Secretarium, Sanctitas Sua sensum ejusdem Sac. Congregationis approbavit: & confirmavit; & in posterum ita iussit, & seruari mandauit, quibuscunque in contrarium non obstantibus. Hac die 20. ejusdem mensis Decembris 1673.

F. M. Episc. Port. Card. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalini Sac. Rit. Congr. Secr.

OFFICIUM SEPTEM DOLORVM B. MARIÆ VIRGINIS.

IN OMNIBVS HISPANIARVM REGNIS,
& ditionibus recitari permissum.

FERIA SEXTA

*Post Dominicam Passionis celebratur
Officium Septem Dolorum B. Mariæ
Virginis ritu duplici.*

Ad Vesperas, Antiphona.

V Adam ad montem myrrhæ, &
ad collem thuris. *Psalmus. 115.*
Crèdidi, *ut in Psalterio.*

Añã. Dilèctus meus càndidus, & ru-
bicúndus: comæ cápitis ejus sicut
púrpura Regis vinctæ canálibus.

Psalmus 119. Ad Dóminũ cum tri-
bulàrer. *Antiphona.* Quò àbiijt dilè-
ctus tuus, ò pulchèrrima mulierum?
Quò dilèctus tuus declináuit? *Psal.*

139. Eripe me Dómine ab hòmine
malo. *Añã.* Fasciculus myrrhæ dilè-
ctus meus mihi, inter vbera mea cõ-
morábitur. *Psalm. 140.* Dómine cla-
máui. *Añã.* Fulcîte me flóribus, sti-
pâte me malis, quia amòre lángueo.

Psalmus. 141. Voce mea ad Dóminũ
clamáui.

Capitulum. Isaia 53.

Q Vis crèdedit auditui nostro, &
bráchium Dómini cui reuelá-
tum est? Et ascéndet sicut virgúltum
coram eo, & sicut radix de terra si-
tiènti,

Hymnus.

S Tabat Mater dolorósa,
Juxta Crucem lacrymósa,
Dum pendébat Filius,

Cujus ánimam geméntem,
Contristántem, & dolentem,
Pertransiuit gládus,

O quám triltis, & afflícta
Fuit illa benedícta
Mater Vnigéniti!

Quæ mœrébat, & dolébat,
Et tremébat cum vidébat,
Nati poenas inclyti:

Quis est homo qui non fleret,
Christi matrem si vidèret
In tanto supplicio?

Quis non posset contristári,
Piam matrem contemplári
Doléntem cum Filio?

Pro peccátis suæ gentis
Vidit Jesum in torméntis,
Et flagéllis súbditum:

Vidit suum dũlcem natum
Moriéntem, desolátum,
Dum emísit spiritum,

Eia mater fons amòris,
Me sentíre vini dolòris
Fac, vt tecum lúgeam,

Fac, vt árdeat cor meum

In amando Christum Deum,
Ut sibi compláceam.

Amen.

ŷ. Ora pro nobis Virgo dolorosissima. ꝛ. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Añã.

Tuam ipsius animam (ait ad Mariã Simeon) pertransibit gladius.

Oratio.

Interueniat pro nobis, quæsumus Dómine Jesu Christe, nunc & in hora mortis nostræ apud tuam clementiam beata virgo Mariã mater tua, cujus sacratissimam animam in hora tuæ passionis dolôris gladius pertransiuit. Qui viuis & regnas cū Deo Patre in vnitãte Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Et sit commemor. Feriæ, Antiphona.
Desiderio desiderãui hoc Pascha māducãre vobiscum, antequam patiar.
ŷ. Eripe me Dómine ab hómine malo. ꝛ. A viro iniquo eripe me.

Oratio.

Esto, quæsumus Dómine, propitius plebi tuæ: ut quæ tibi non placent, respuentes; tuorum potiùs repleantur delectationibus mandatorum. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Dolôres gloriôsæ recolêtes Virginis, Dóminum pro nobis passum, * Venite adorémus. *Psalmus.* Venite, exultémus.

Hymnus.

Sancta mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo validé.

Tui nati vulnerãti,

Tam dignãti pro me pati
Poenas mecum diuide.

Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolère,
Donec ego vixero.

Iuxta Crucem tecum stare,
Te libenter sociãre
In planctu desidero.

Amen.

In primo Nocturno, Añã.

Astitérunt reges terræ, & principes conuenérunt in vnum aduersus Dóminum, & aduersus Christum ejus.

Psalmus. 2. Quare fremuerunt Gentes. *Añã* Voce mea ad Dóminũ clamãui, & exaudiuit me de monte sancto suo. *Psalmus 3.* Dñe, quid multiplicãti. *Añã.* Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei. *Psalm. 12.* Usquequò Dómine obliuiscêris me in finem?

ŷ. Pôsuit me desolatam. ꝛ. Tota die in cœrôre confectam. Pater noster. Absolutio. Exaudi Dñe. ŷ. Iube dñe. *Benedictio.* Benedictione perpétua.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 53.

Quis credidit auditui nostro?
Et bráchium Dómini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiéti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderãuimus eum: Despéctum, & nouissimum virorum virum dolôrum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus & despéctus, vnde nec reputãuimus eum. Verè languôres nostros ipse tulit, & dolôres nostros ipse portãuit:

tâuit: & nos putâuimus eum quasi le-
prôsum, & percûssum à Deo, & hu-
miliâtum. Ipse autem vulnerâtus est
propter iniquitâtes nostras, attritus
est propter scélera nostra: disciplina
paci nostræ super eum, & liuôre ejus
sanâti sumus.

℞. Diléctus meus cándidus, & rubi-
cúndus, & totus desiderâbilis: * Om-
nis enim figûra ejus amôrem spirat,
& ad redamândum prouocat caput
inclinâtum, manus expânsæ, pectus
apértum. ʒ. Pijs, ô Virgo, spectas eum
ôculis, contéplans in eo non tam
vulnerum liuôrem, quàm mundi sa-
lûtem. Omnis enim. *Benedictio.* Vni-
génitus Dei filius.

Lectio ij.

OMnes nos quasi oues errâui-
mus, vnusquisque in viam suâ
declinâuit: & posuit Dóminus in eo
iniquitâtem omniũ nostrũm. Obla-
tus est, quia ipse voluit, & nõ apéruit
os suum: sicut ouis ad occisiõnẽ du-
cétur, & quasi agnus coram tondente
se obmutescet, & non apériet os suũ.
De angústia, & de iudicio sublâtus
est: generatiõnem ejus quis enarrâ-
bit? quia abscíssus est de terra viuẽ-
tium: propter scelus populi mei per-
cússi eum. Et dabit impios pro sepul-
túra, & diuitem pro morte sua: eò
quòd iniquitâtem non fécerit, neque
dolos fuerit in ore ejus.

℞. Manus ejus tornâtiles, clauôrum
cuspide terebratæ, * Humânæ salûtis
prétio quasi hyacinthis refértæ. ʒ.
Córnuain mânibus ejus: ibi abscódi-
ta est fortitúdo ejus: sunt enim ma-
nus ejus. Humânæ salûtis. *Benedictio.*

Spiritus Sancti grátia.

Lectio iij.

ET Dóminus voluit contérere eũ
in infirmitate: si posuerit pro
peccâto animam suam, vidébit semẽ
longæuum, & volúntas Dómini in
manu ejus dirigétur. Pro eo quòd la-
borâuit ânima ejus, vidébit & fatu-
rábitur: in scientia sua justificâbit
ipse iustus seruus meus multos, &
iniquitâtes eórum ipse portâbit. Ideò
dispértiam ei plúrimos, & fórtiũ di-
uidet spólia, pro eo quòd tradidit in
mortem animam suam, & cum sce-
lerâtis reputâtus est: & ipse peccata
multórum tulit, & pro transgressóri-
bus rogâuit.

℞. Diligébat Jesus Joánnem, * Quo-
niam speciâlis prærogatiua castitatis
ampliõri dilectiõne fecerat dignum:
* Quia virgo electus ab ipso, virgo
in æuum permânsit. ʒ. In Cruce de-
nique moritûrus huic matrem virgi-
ni commendâuit. Quóniam. Gloria
Patri. Quia virgo.

In ij. Nocturno. Añã.

Inimici mei dixerunt mala mihi:
Quando moriétur, & peribit nomen
ejus. *Psalmus 40.* Beátus qui intelli-
git. *Añã.* Deus, vitam meam annun-
tiâui tibi: posuisti lacrymas meas in
conspéctu tuo. *Psalm. 55.* Miserere
mei Deus, quóniam conculcâuit me
homo.

Añã. Filij hominum, dentes eórum ar-
ma & sagittæ: & lingua eórum glá-
dius acútus. *Psalm. 56.* Miserere mei
Deus, miserere mei: quóniam in te
confidit ânima mea. ʒ. Fácies mea
intúmuit à fletu. ℞. Et pálpebræ

N iij meæ

meæ caligauerunt. Pater noster. *Absolutio.* Ipsius pietas. *ŷ.* Iube Dñe. *Benedictio.* Deus Pater omnipotens. Sermo Sancti Bernárdi Abbátis.

Ex Serm. de 12. stellis.

Lectio iij.

Martyrium Virginis tam in Simeónis prophetia, quàm in ipsa Dominicę Passiõnis histõria commendatur. Põsitus est hic (ait sanctus senex de pũero Jesu) in signum cui contradicetur; & tuam ipsius animam (ad Mariam autem dicebat) pertransibit gladius. Verè tuam, ò beata Mater, animam pertransiuit: aliõquin non nisi eã pertransiens, carnem filij tui penetraret. Et quidem posteaquam emisit spiritum tuus ille Jesus, ipsius planè non attigit animam crudelis lancea, quæ ipsius aperuit latus, sed tuam vtique animam pertransiuit. Ipsius nimirũ anima jam ibi non erat, sed tua planè inde nequibat auelli.

R. Tenebræ factæ sunt cum crucifixissent Jesum Judæi, & circa horam nonam exclamauit Jesus voce magna: Deus meus, vt quid dereliquisti me? * Et inclinato capite. *Benedictio.* Christus perpetuæ.

Lectio v.

Tuam ergo pertransiuit animã vis doloris, vt plusquam Martyrem non immeritò predicemus, in qua nimirum corporæ sensum passiõnis excesserit compassiõnis affectus. An non tibi plusquam gladius fuit sermo ille, reuera pertransiens animam, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus:

Mulier ecce filius tuus? O commutationem! Joannes tibi pro Jesu traditur, seruus pro Dõmino, discipulus pro Magistro, filius Zebedei pro Filio Dei, homo purus pro Deo vero. Quomodo non tuam affectuosissimã animam pertransiret hæc auditio, quando & nostra, licet saxeæ, licet ferrea pectora, sola recordatio scindit.

R. Passio Dõmini, * Ipsam ejus matrem, carnali orbitate grauiter percussam, vehementissimè contristauit. *ŷ.* Ferrum lanceæ militaris latus quidem Saluatoris; animam verò transiuit Virginis matris. Ipsam ejus matrem. *Benedictio.* Ignè sui amoris.

Lectio vj.

Non mirèmini, fratres, quod Maria martyr in anima fuisse dicatur. Mirètur qui non meminerit se audiuisse Paulum inter máxima gentium crimina memorantẽ, quod sine affectiõne fuissent. Lõgè id fuit à Mariæ visceribus, longè sit à seruis ejus. Sed fortè quis dicat: Nũquid non eum præscierat moriturũ? Et indubitanter. Numquid non sperabat continuò resurrecturum? Et fideliter. Super hæc doluit crucifixum? Et vehemèter. Alioquin quisnam tu frater, aut vnde tibi hæc sapientia, vt mirèris plus Mariam cõpatientem, quàm Mariæ filium patientem? Ille etiam mori corpore potuit; ista cõmori corde non potuit? Fecit illud charitas, quã maiorem nemo habuit: fecit & hoc charitas, cui post illam similis altera nõ fuit.

ꝛ. Quis mihi det te fratrem meum fugentem vbera matris meæ, & inherendo lateri tuo, vt sanguis tuus sanguinem meum tangat, & tergat. * Vt fons aquę tuę de scaturigine recti cordis, per venas boni óperis in finem eternę felicitátis exiliat? ꝥ. Filij tui de longè venient, & filię tuę de latere surgent. Vt fons. Gloria Patri. Vt fons.

In tertio Nocturno, Antiphona. Intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. *Psal.* 63. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor, vt in *Psalterio.* *Antiphona.* Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. *Psal.* 87. Dñe Deus salutis meę. *Ant.* Repleuit me amaritudine, inebriauit me absynthio. *Psalms* 108. Deus laudem meam ne tacueris. ꝥ. Deus vitam meam annuntiavi tibi. ꝛ. Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. *Pater noster.* *Absolut.* A vinculis. ꝥ. Jube Dñe. *Benedictio.* Euangelica lectio.

Lectio Sancti Euangelij secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 19.

IN illo tempore: Stabant juxta Crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini

Episcopi.

Tract. 119. *in Joannem.*

HÆc nimium est illa hora de qua Jesus, aquam conuersurus in vinum, dixerat matri: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit

hora mea. Hanc itaque horam prædixerat, quę tunc nondum venerat, in qua debet agnoscere moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo diuina facturus, non diuinitatis, sed infirmitatis matrem velut incognitam repellēbat. Nunc autē humana jam patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano: moralis igitur insinuatur locus. Facit quod faciendum admonet, & exemplo suo suos ministros instruxit præceptor bonus, vt à filiis pijs impendatur cura parentibus: tamquam lignum illud vbi fixa erant membra morientis, etiam cathedra fuerit Magistri docentis.

ꝛ. Doleo super te fili mi Jesu, decorus nimis & amabilis super amorem mulierum! * Sicut enim mater vnicum diligit filium, ita ego te diligebam. ꝥ. Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Sicut enim. *Benedictio.* Cujus festum colimus.

Lectio viij.

EX hac sana doctrina didicerat Paulus Apostolus, quod docēbat quando dicebat: Si quis autem suis, & maximē domesticis non prouidet, fidem negauit, & est infideli deterior. Quid autem tam cuique domesticum, quam parentes filijs, aut parentibus filij? Hujus itaque saluberrimi præcepti ipse Magister sanctorum de seipso constituēbat exemplum: quando non vt famulæ Deus, quam creauerat, & regēbat, sed vt matri homo, de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium prouidēbat.

re. Eia mater fons amoris, fac nos sentire vim doloris, ut tecum lugeamus:

* Et Dominicæ passionis fructum sentiamus. *ÿ.* Ut sicut filius tuus Iesus pro nobis mortuus est, & resurrexit, ita & nos commortui cum eodē resurgāmus. Et Dominicæ. Gloria Parri. Et Dominicæ. *Benedictio.* Per Euangélica dicta.

LECTIO sancti Euangélij secundum Joannem.

Lectio ix. Cap. I. l. f.

IN illo tempore: Collegérunt Pontifices & Pharisei concilium aduersus Iesum, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tract. 49. in Joannem, sub finem.

Pontifices & Pharisei sibi consulébant, nec tamen dicebant, Credāmus. Plus enim perditī hōmīnes cogitābant quōmodo nocērent ut perderent, quā quōmodo sibi consulerent, ne perirent: & tamen timébant, & quasi consulébant. Dicebant enim: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit; Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romāni, & tollent nostrum locum, & gentem. Temporalia perdere timuerunt, & vitam eternam non cogitauerunt, ac sic vtrumque amiserunt.

Te Deum laudāmus.

A D L A V D E S

& per Horas, Añā.

V Adam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. *Psalmus.* Dominus regnauit, cum reliquis de Do-

minica. Antiphona. Dilēctus meus candidus, & rubicundus, comæ capitis eius sicut pūrpura Regis vincta canalibus. *Antiphon.* Quō abiit dilēctus tuus o pulcherrima mulierum? Quō dilectus tuus declināuit? *Añā.* Fasciculus myrrhæ dilēctus meus mihi, inter vbera mea commorābitur. *Antiphona.* Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

Capitulum. Isaie 53.

Quis credidit auditui nostro? Et brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiēti. *Hymnus.*

Virgo virginum præclara, Mihi jam non sis amara, Fac me tecum plāngere.

Fac ut portem Christi mortem, Passiōnis ejus sortem, Et plagas recólere:

Fac me plagis vulnerari, Cruce hac inebriari, Ob amorem filij:

Inflammatus, & accensus, Per te virgo sim defensus In die iudicij.

Fac me cruce custodiri, Morte Christi præmuniri, Confoueri gratia.

Quando corpus moriētur, Fac ut animæ donetur Paradisi glória. Amen.

ÿ. Ora pro nobis Virgo dolorosissima. *re.* Ut digni efficiāmur promissionibus Christi.

Ad Benedictus, Añā.

Cū vidisset Iesus matrē stantē juxta crucem, & discipulum quem diligēbat,

bat, dicit matri suæ: Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.

Oratio.

INterueniat pro nobis, quæsumus Dómine Jesu Christe, nunc & in hora mortis nostræ apud tuam clementiam beata virgo Maria mater tua, cujus sacratissimam animam in hora tuæ passiónis dolôris gladius pertransiuit. Qui uiuis.

Et fit commemor. Feriæ, Antiphona.
Appropinquabat autem dies festus Judæorum. & quærebant Principes Sacerdotum quomodo Jesum interficerent, sed timébant plebem. *ÿ.* Eripe me de inimicis meis Deus meus. *℞.* Et ab insurgéntibus in me libera me.

Oratio.

Cordibus nostris, quæsumus Dómine, grátiam tuam benignus infunde: vt peccata nostra castigatióne voluntária cohibéntes, temporaliter potiùs macerémur, quam supplicijs deputémur ætérnis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Completorium, & per Horas, in fine Hymnorum dicitur: Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine, &c.

Ad Primam, Antiphona.

Vadam ad montem.

℞. breu. Christe Fili Dei viui, * Miserere nobis. Christe. *ÿ.* Qui passus es pro hómine. Miserere nobis. Glória Patri. Christe Fili Dei viui, miserere nobis. *ÿ.* Exúrge Christe, adiuua nos. *℞.* Et libera nos propter nomen tuum.

Ad Tertiam, Aña.

Diléctus meus.

Capit. Quis credidit, vt supra.

℞. breu. Pósuit me, * Desolátam. Pósuit. *ÿ.* Tota die mœrore conféctam. Desolátam. Glória Patri. Pósuit. *ÿ.* Fácies mea intúmuit á fletu. *℞.* Et pâlpebrę meę caligauerunt.

Ad Sextam, Aña. Quò abiit.

Capitulum. Isaia 53.

Ipsè vulnerátus est propter iniquitates nostras, attrítus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuóre ejus sanati sumus.

℞. breu. Facies mea, * Intúmuit à fletu. Facies mea. *ÿ.* Et pâlpebrę meæ caligauerunt. Intúmuit. Glória Patri. Facies mea. *ÿ.* Deus vitam meam annuntiaui tibi. *℞.* Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Ad Nonam, Antiphona,

Fulcîte me flóribus.

Capitulum. Isaia 53.

Generatióne ejus quis enarrábit? quia abscissus est de terra viuéntiũ, propter scelus pópuli mei percússi eum.

℞. br. Deus vitam meam. * Annūtiáui tibi. Deus vitam meam. *ÿ.* Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. Annuntiaui. Glória Patri. Deus vitam meam. *ÿ.* Ora pro nobis Virgo doloríssima. *℞.* Vt digni efficiámur promissionibus Christi.

In secūdis Vesperis, omnia vt in primis.

Ad Magnificat, Aña.

Cum vidisset Jesus matrem stantem juxta crucem, & discipulum quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.

Et fit commemor. Ferie, Antiph.
Principes sacerdotum consilium fecerunt vt Jesum occiderent: dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. *ψ.* Eripe me Domine ab homine malo. *℞.* A viro iniquo eripe me.

Oratio.

Concède quesumus omnipotēs Deus: vt qui protectionis tue gratiam quærimus, liberati à malis omnibus secūra tibi mente seruiamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuuit & regnat in vnitāte.

DIE VIII. IANVARII.

In festo B. Laurentij Iustiniani, primi Patriarchæ Venetiarū. Officiū duplex.

Omnia dicuntur de Communi Cōfessoris Pontificis, præter ea, quæ hic habentur propria.

In utrisque Vesp. & Laudib.

ψ. Ora pro nobis Beate Pater Laurēti.
℞. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, & Benedictus. Añā.

Suſcepit Dominus seruum suum Laurentium: & exaltauit eum, qui exaltat humiles, recordatus misericordiæ suę.

Oratio.

Præſta, quæsumus, omnipotens Deus: vt Beati Laurentij Confessoris tui, atque Pontificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exemplis, atque doctrinis. Per Dominum nostrum, &c.

In utrisque Vesp. & Laud. fit comm. de Epiph. Et si hoc festum occurrat, vel

concurrat enim Dominica infra Oct. fit etiam de ea comm.

In primo Nocturno.

Lectioes, Laudemus viros gloriosos, vt in Communi secundo loco.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

LAurētius Venetijs ex antiqua, & illustri familia Iustiniana natus, vnus ex primis Fundatoribus Congregationis Canonorum Sancti Georgij in Alga, & Sancti Joannis Euangelistæ in Lusitania, cum vnde vigesimum ætatis annū ageret, pro terrena sponsa, quam sibi parem Propinqui parauerant, à Diuina Sapientia se præuentum professus, ad Domini Crucem aduolans, spretis nuptijs, relicta matre, & fratribus, calcatisque opibus, honoribus, & florentis ætatis illecebris, Cœlesti Militiæ apud Sanctum Georgium in Alga Venetiarum, quæ tunc temporis instituebatur, nomē dedit. In Monasterio, sic vixit, & corpus ita fame, ac siti maceravit, vt cum capitali hoste perpetuum bellum agere videretur. Quare cum Superiorum iussu, cibo, somno, ac veste moderatius uti cogeretur, eas commoditates alijs corporis afflictationibus per totā vitam vehementius compensabat. Ad Matutinū primus accedebat, ab Ecclesia non discedens, donec ad Primā Fratres conuenissent.

℞. Inueni David.

Lectio v.

Humilitatem cæterarum virtutum Reginam appellabat: si Rector Monasterij erat, infima quæque

que ministeria diligebat. Sæpe de humilitate Domini Jesu, aut Beatissime Virginis sermonem habebat. maternam, aut fraternam domum nunquam ingressus est: Matris tamen morti interesse, pietatis esse duxit, eique sine lacrymis, alijs plorantibus, vltimum persoluit officium. Magnæ curæ illi fuit mæstos consolari, & laborantibus subuenire. Prophetiæ spiritu donatus à Domino, multa futura prædixit. Ejus admirabili vitæ sanctitate, ac præclaris virtutibus emotus Eugenius Quartus Pontifex Maximus, in animum reduxit, eum Venetis Episcopum dare: sed ipse bis fugiendi consilium iniit, bis restitit: Pontifici tamen eū admonēti, grauiſſimis Sanctorum exēplis; ne Diuinæ voluntati aduersaretur, ac denuo iubenti, non parere non potuit. Anno itaq; ætatis suæ quinquagesimo primo Episcopale onus suscepit, in quo vixit annos viginti tres. *℞.* Posui adiutorium.

Lectio vj.

Veste vsus est colóre cæruleo, tapetes, & aulæa, aliaque ediū ornamenta omnino neglexit. Mensa non sordida, in qua de Religiosorum more aliqui pij libri legebantur; cibo vulgari, & in vasis fictilibus, lectoque vili, ac simplici vtebatur. In oratione erat assiduus, in qua & lacrymarum dono pollebat: ad eam in grauioribus Episcopatus negotijs, tãquam ad fidissimam anchoram, recurrebat. Quotidie celebrabat, nisi valetudine impediretur. In nocte Natiuitatis, Dominum sub specie

Infantuli in mentis excessu conspexit. Canonorum Ordinem collapsum instituit, Clerum adauxit, mores reformauit, saluberrimis editis Constitutionibus: liberalitatem in pauperes, & hospitalitatem ita coluit, vt ejus domus omnibus pauperibus semper pateret. Vocatus ab Eugenio Quarto, maximo honore, præsentibus Cardinalibus, hisce verbis exceptus est: Salue decus, & gloria Præfulum. Postmodum à Nicolao Quinto Venetorum Patriarcha creatus in maximis Reipublicæ Venetæ periculis pro suarum precum præsidio exoratus. Multa sunt admirabilia, quæ fecit, & docuit; quæ dixit, & scripsit, cū prospera, tum aduersa valetudine. *℞.* Iste est.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 11.

In illo tempore dixit Iesus Discipulis suis: Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrū, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Episc.

Lib. 7. Comment. in Lucam in cap. 11. post initium.

QVia in superioribus Ecclesiam Synagogæ prætulit, hortatur nos, vt fidem potius nostram ad Ecclesiam transferamus. Lucerna enim fides est, juxta quod scriptum est: Lucerna pedibus meis verbum tuū Domine. Verbum enim Dei fides nostra est: Verbum Dei lux est. Lu-

O ij cerna

cerna est fides : Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lucerna autem lucere non potest, nisi aliunde lumen acceperit. *℞.* Amavit eum Dominus.

Lectio septima.

HÆc est lucerna, quæ accenditur, virtus scilicet nostræ mentis, & sensus, ut dragma illa possit, quæ perierat, reperiri. Nemo ergo fidem sub lege constituat; lex enim intra mensuram est, ultra mensuram gratia: lex obumbrat, gratia clarificat. Et ideo nemo fidem suam intra mensuram legis includat: sed ad Ecclesiam conferat, in qua septiformis spiritus relucet gratia, quam Princeps ille Sacerdotum fulgore supernæ Diuinitatis illuminat, ne eam legis umbra restinguat. *℞.* Sint lumbi vestri.

Lectio ix.

Denique lucerna illa, quam Matutinis, Vespertinisque temporibus, ritu veteri Judæorū, Prin-

ceps Sacerdotum solebat accendere, velut sub modio sita legis, euanuit: & Ciuitas illa Hierusalem, quæ in terris est, quæ occidit Prophetas, quasi in conualle fletus posita, delitescit: Illa autem Hierusalem, quæ in Cælo est, in qua militat fides nostra, in illo altissimo omnium locata Monte, hoc est, Christo, non potest tenebris, & ruinis hujus Mundi abscondi: sed fulgens candore Solis æterni, luce nos gratiæ spiritualis illuminat.

Te Deum laudamus.

Si venerit in Dominica infra Epiph. dicitur 9. Lect. Hom. Dom. cum ipsius commemoratione, & Octauæ. Quæ sunt etiam in 2. Vesp. festi.

In 2. Vesperis ad Magnificat.

Antiphona.

O Beatum Pontificem, virtutibus insignem, meritis locupletem, rebus pauperem, miraculis gloriosum! ora pro nobis Deum, qui potens est, & exaltat humiles. Allel.

FINIS.

In Feflo S. Angeli Custodis Regni. Duplex.
Celebratur Dominica iij. Iulij.

Ad Vesp. Antiphona.

Angelum virtutis suæ emisit
Dominus ex Sion, qui libera-
vit civitatē nostram de medio ini-
micorum suorum.

Psalm. 100.

Dixit Dominus Dño meo: * Se-
de à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, * sca-
bellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuę emittet Dñs
ex Siõ: * dominare in medio ini-
micorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis
tuæ in splendoribus Sanctorũ * ex
utero ante Luciferum genui te.

Iravit Dominus, & nõ pœnitebit
eum: * Tu es sacerdos in æternũ
secundũ ordinem Melchise-
dech.

Dominus à dextris tuis, * confregit
in die iræ suæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit
ruinas: * conquassabit capita in
terra multorum.

De torrente in via bibet: * propte-
reà exaltabit caput.

Añã. Angelum virtutis suæ emisit
Dñs ex Sion, qui liberavit civitatē
nostram de medio inimicorum suo-
rum.

Añã. Ecce non dormitabit, neque
dormiet, qui custodit civitatem is-
tam; quoniam ipse est protectio su-
per manum dexteram nostram.

Psalm: 120.

Levavi oculos meos in montes:
* unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino, * quⁱ
fecit cœlum, & terram.

Non det in commotionem pedem
tuum: * neque dormiet, qui cus-
todit te.

Ecce non dormitabit, neque dor-
miet: * qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus
protectio tua, * super manum
dexteram tuam.

Per diem Sol non uret te: * neque
luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni ma-
lo: * custodiat animam tuã Do-
minus.

Dominus custodiat introitum tuũ,
& exitum tuum: * ex hoc nunc,
& usque in sæculum.

Añã. Ecce non dormitabit, neque
dormiet, qui custodit civitatem istã;
quoniam ipse est protectio super
manum dexteram nostram.

Añã. Nisi Angelus Domini custo-
dierit civitatem nostram, in vanum
laboraverunt, qui custodiunt eam.

Psalm. 126.

Nisi Dñs ædificaverit domum,
* in vanum laboraverũt, qui
ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatē: *
frustrã vigi'at, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surge-
re: * surgite, postquam sederitis,
qui manducatis panem doloris.

Cũm dederit dilectis suis somnum:
* ecce hæreditas Dñi, filij; mer-
ces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: * ita
filij excussorum.

Beatus vir, qui implevit desiderium
suum

suum ex ipsis: * non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.

Añã. Nisi Angelus Domini custodierit civitatem nostram, in vanum laboraverunt, qui custodiunt eam.

Añã. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus, ut per eorum custodiam super iram inimicorum meorum extendas manum tuam, & salvum me faciat dextera tua.

Psalm. 137.

Confitebor tibi Domine, in toto corde meo: * quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi: * adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, & veritate tua: * quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacunque die invocavero te, exaudi me: * multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Dñe omnes reges terrae: * quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in vijs Domini: * quoniam magna est gloria Dñi.

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: * & alta à longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: * Domine misericordia tua in seculum;

opera manuum tuarum ne despicias.

Añã. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus, ut per eorum custodiam super iram inimicorum meorum extendas manum tuam, & salvum me faciat dextera tua.

Añã. Confortavit Dominus seras portarum civitatis suae, & posuit Angelum ad pacem, & custodiam in finibus ejus.

Psalm. 147.

Lauda Jerusalem Dñm: * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: * benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: * & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terrae: * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut bucellas: * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

E mittet verbum suum, & liquefaciet ea: * flabit spiritus ejus, & fluent aquae.

Qui annunciat verbum suum Jacob: * justitias, & judicia sua Israel.

Nō fecit taliter omni nationi: * & judicia sua non manifestavit eis.

Añã. Confortavit Dominus seras portarum civitatis suae, & posuit Angelum ad pacem, & custodiam in finibus ejus.

Capitulum. 4. Reg. 19.

Haec dicit Dominus de Rege Assyriorum: Non ingredietur

urbem hanc, nec occupabit eam clypeus, nec circūdabit eam munitio.

Hymnus.

Custodes hominum psallimus Angelos,
Naturæ fragili quos Pater addidit
Cœlestis comites, infideantibus
Ne succumberet hostibus.

Nam quod corruerit proditor
Angelus
Concessis meritò pulsus honoribus,
Ardens invidià, pellere nititur,
Quos cœlo Deus advocat.

Huc custos igitur pervigil advola,
Avertens patria de tibi credita.
Tam morbos animi, quàm requiescere

Quidquid nō finit incolas.
Sanctę sit Triadi laus pia jugiter,
Cujus perpetuo numine machina
Triplex hæc regitur, cuius in omnia

Regnat gloria sæcula. Amen.
V. Angelis suis Deus mādavit de te.
R. Ut custodiāt te in omnibus vijs tuis.

Ad Magnificat. An̄.

Super muros tuos Jerusalem
constitui custodes: tota die, &
nocte non tacebunt laudare nomen
Dñi.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus,
qui ineffabili providentia unicuique Regno singularem Angelum
ad custodiā deputasti: concede, quesumus, ut Angeli Regni nostri Custodis precibus, & patrocinijs ab omnibus semper eruanur adversis. Per

Dñm. nostrum.

Et fit commem. Dominica. Ad Matutinum. Invitatorium.

Regem Angelorum, Dñm: * Venite adoremus.

Psalm. 49. Venite exultemus.

Hymn. Custodes hominum:

ut supra in vesp.

In primo Nocturno.

An̄. Dirige Dñe per Angelum tuū
viam nostram, & scuto fortitudinis
tuæ protege servos tuos.

Psalm. 5.

Verba mea auri bus percipe Domine: * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ, * Rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: * Dñe manè exaudies vocem meam.

Manè astabo tibi, & videbo: * quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: * neque permanebunt in iustiante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dñs: * ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuū in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: * judica illos Deus.

Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: * quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te: * in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ, * coronasti nos.

Añã. Dirige Domine per Angelum tuum viam nostram, & scuto fortitudinis tuæ protege servos tuos.

Añã. Minuisti Domine hominẽ paulò minus ab Angelis; sed eorũ custodiã visitasti eum, & in periculis multis memor ejus fuisti.

Psalm. 8.

Domine Dominus noster, * quã admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cœlos.

Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum, & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: * lunã, & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * Aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti

eum, * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves, & boves universas, in super & pecora campi.

Volucres cœli, & pisces maris, * qui perambulans semitas maris.

Domine Dominus noster, * quã admirabile est nomen tuum in universa terra!

Añã. Minuisti Domine hominẽ paulò minus ab Angelis; sed eorum custodiã visitasti eum, & in periculis multis memor ejus fuisti.

Añã. Tu Domine servabis, & custodies nos per Angelum tuum ab omni prava generatione; quia in circuitu nostro impij ambulans.

Psalm. 11.

Salvum me fac Domine, quoniam defecit sanctus: * quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.

Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum: * labia dolosa, in corde, & corde locuti sunt.

Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquã.

Qui dixerunt: Linguam nostram magnificavimus, labia nostra à nobis sunt: * Quis noster Dominus est?

Propter miseriam inopum, & gentium pauperum, * nunc exurgã, dicit Dominus.

Ponam salutaris: * fiducialiter agam in eo.

Eloquia Domini, eloquia casta: * argentum igne examinatum, probatũ, terræ purgatum septuplũ.

Tu

Tu Domine servabis nos : * & custodies nos à generatione hac in æternum.

In circuitu impij ambulant: * secundum altitudinẽ tuam multiplicasti filios hominum.

Ant. Tu Domine servabis, & custodies nos per Angelum tuum ab omni prava generatione ; quia in circuitu nostro impij ambulant.

V. Angelis suis Deus mādavit de te.
R. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis.

De libro Apocalypsis Beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 8.

Vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei: & datæ sunt illis septem tubæ. Et alius Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus Sãctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sãctorum de manu Angeli coram Deo. Et accepit Angelus thuribulum aureũ, & implevit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terremotus magnus.

R. Angelis suis Deus mandavit de te, * Ut custodiat te in omnibus vijs tuis.

R. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Ut custodiant te.

*

Lectio ij.

ET septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparaverunt se, ut tuba canerent. Et primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando, & ignis mista in sanguine, & missũ est in terram, & tertia pars terre cõbusta est, & tertia pars arborum cõcremata est, & omne fœnum viride combustum est. Et secundus Angelus tuba cecinit, & tanquam mōs magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, & tertia pars navium interiit.

V. Emitteret Angelum suum Dominus in circuitu timentium eum: * Et de omnibus tribulationibus suis eripiet eos.

V. Clamaverunt iusti, & Dominus exaudivit eos, & misit Angelum suum. Et de omnibus.

Lectio iij.

ET tertius Angelus tuba cecinit, & cecidit de cœlo stella magna, ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum: & nomen stelle dicitur Absynthium, & facta est tertia pars aquarum in Absynthium; & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sũt. Et quartus Angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars Solis, & tertia pars stellarum, ita ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter. Et vidi, & audiavi vocem unius aquilæ volantis per

per medium cœli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus in terra, de cæteris vocibus trium Angelorum, qui erant tuba canituri.

R. Super muros tuos Jerusale po-
fui custodes: * Qui tota die, ac noc-
te non cessabunt laudare nomē Do-
mini.

V. Prædicabunt populis fortitudinē
meam, & annuntiabunt gentibus
gloriam meam. Qui tota. Gloria.
Qui tota.

In secundo Nocturno.

Añā. Custodi nos Domine, ut pupil-
lam oculi: sub umbra alarum tuarū
protege nos.

Psalm. 16.

EXaudi Dñe justitiam meam: *
intende deprecationem meam.
Auribus percipe orationem meam:
* non in labijs dolosis.

De vultu tuo iudicium meum pro-
deat: * oculi tui videant equita-
tes.

Probasti cor meum, & visitaſti noc-
te: * igne me examinaſti, & non
est inventa in me iniquitas.

Ut non loquatur os meum opera
hominum: * propter verba labi-
orum tuorum ego custodivi vi-
as duras.

Perfice gressus meos in semitis tuis:
ut non moveantur vestigia mea.

Ego clamavi, quoniam exaudisti
me Deus: * inclina aurem tuam
mihi, & exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas, * qui sal-
vos facis sperantes in te.

A resistētibz dexteræ tuæ custodi
me, * ut pupillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege
me: * à facie impiorum, qui me
affligerunt.

Inimici mei animam meam circun-
dederunt, adipem suum conclu-
serunt: * os eorum locutum est
superbiam.

Projicientes me nunc circūdederūt
me: * oculos suos statuerunt de-
clinare in terram.

Susceperunt me sicut leo paratus ad
prædam: & sicut catulus leonis
habitans in abditis.

Exurge Dñe, præveni eū, & supplā-
ta eum: * eripe animam meam
ab impio frameam tuā ab ini, cis
manus tuæ.

Domine à paucis de terra divide eos
in vita eorum: * de absconditis
tuis adimpletus est venter eorū.

Saturati sunt filijs: * & demiserunt
reliquias suas parvulis suis.

Ego autem in justitia apparebo cōſ-
pectui tuo: fatiabor cūm appa-
ruerit gloria tua.

Añā. Custodi nos Domine ut pupil-
lam oculi: sub umbra alarum tu-
arum protege nos.

Añā. Mitte nobis Dñe auxiliū An-
gelicum de sancto, & de Sion
tuere civitatem nostram.

Psalmus. 16.

EXaudiat te Dñs in die tribula-
tionis: * protegant nomē Dei
Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: *
& de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij tui: * &
holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundūm cor tuum:
&

& omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: * & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dñs omnes petitiones tuas: nunc cognovi, quoniam saluum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de caelo sancto suo: * in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, & hi in equis: * nos autem in nomine Dñi Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.

Domine saluum fac regem: * & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Añã. Mitte nobis Domine auxilium Angelicum de sancto, & de Sion tuere civitatem nostram.

Añã. Qui tribulant nos inimici nostri, infirmati sunt, & ceciderunt, quia Dñs protexit nos per Angelum suum in abscondito tabernaculi sui.

Psalms 26.

Dominus illuminatio mea, & salus mea: * quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: * à quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocēt es, * ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sūt, & ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, * non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me prælium,

* in hoc ego sperabo.

Unam petij à Domino, hanc requiram, * ut inhabitē in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Ut videam voluptatem Dñi, * & visite in templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: * in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me: * & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: * cantabo, & psalmum dicā Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: * miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: * faciem tuam Dñe requiram.

Ne avertas faciem tuam à me: * & ne declines in ira à servo tuo.

Adjutor meus esto, ne derelinquas me: * neque despicias me, Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: * Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Dñe in via tua: * & dirige me in semitam rectā propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulātium me: * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini * in terra viventium.

Ex-

Expecta Dominum, viriliter age: *
& confortetur cor tuum, & susti-
ne Dominum.

Ant. Qui tribulant nos inimici nos-
tri, infirmati sunt, & ceciderunt,
quia Dominus protexit nos per
Angelum suum in abscondito ta-
bernaculi sui.

V. Dirige nos Domine per Angelū
tuum.

R. Quoniam tu es salvator noster.
Sermo S. Bernardi Abbatis.

Lectio iv.

IN supremis spiritibus non solū
admirabilis dignitas, sed dignatio
amabilis invenitur. Dignū est pro-
inde, fratres, ut gloriam non capien-
tes, tantō magis amplectamur mi-
sericordiam, qua nimirum constat
nihilominus abundare domesticos
Dei, cœli cives, principes paradisi.
Testatur denique Apostolus ipse,
qui raptus usque ad tertium cœlū,
beatæ illi curiæ meruit interesse, at-
que ejus nosse secreta: quoniā om-
nes administratorij sunt spiritus,
missi in ministerium propter eos,
qui hæreditatem capiunt salutis.
Neque id cuiquam incredibile vi-
deatur, quando quidem ipse quoque
creator, & Rex Angelorum venit
non ministrari sed ministrare, & a-
nimam suam dare pro multis. Ut
quid ergo ministerium illud Ange-
lorum quispiam dedignetur, in quo
præcedit eos, cui in excelsis tota cū
aviditate, & felicitate ministrant? Si
& id dubitas, utique qui vidit, testi-
monium perhibuit. Millia, inquit,
millium ministrabant ei, & decies

centena millia assistebant ei. Alius
quoque Propheta ad Patrem de Fi-
lio loquens ait: Minuisti eum pau-
lo minus ab Angelis. Sic planē, sic
debet, ut vincat & humilitate, qui
sublimitate vincebat, sitque tantō
minor Angelis, quantō inferiori sese
ministerio mancipavit. Qui tantō
excellens est, quantō differentius
præ eis nomen hæreditavit.

R. Misit Dominus Angelum suum,
& conclusit ora leonum: * Et non
nocuerunt mihi.

V. Misit Dominus misericordiam
suam, & fortitudinem suam: animā
meam liberavit de medio catulorū
leonum Et non nocuerunt mihi.

Lectio v.

Sed quæres fortasse, in quo mi-
noratus videatur ab Angelis, cū
ministrare venit, quandoquidem
(ut supra meminimus) in ministerio
mittuntur, & illi! In eo utique quod
non modō ministravit, sed ministra-
tus est, eratque unus & idem, qui
ministrabat, & qui ministrabatur.
Meritō proinde sponsa in Canticis
Canticorum, Ecce, inquit, venit is
saliens colles. Ministrans enim salijt
inter Angelos, sed & ipsos transfijt
ministratus. Ministrat enim Angeli,
sed de alieno, offerentes Deo bona
opera non sua, sed nostra, ac nobis e-
jus gratiam referentes. Unde &
Scriptura dicens: Quoniam ascen-
dit fumus aromatum in conspectu
Domini de manu Angeli: sollicitē
præmisit data ei fuisse in censa mul-
ta. Nostros enim sudores, non suos,
nostras, non suas lacrymas offerunt
Deo

Deo, nobis quoque ejus munera referunt, non sua. Non sic minister ille sublimior cunctis, sed humilior universis, semetipsum obtulit sacrificium laudis, qui Patri offerens animam suam, nobis ministrat usque hodie carnem suam. Hujus utique tanti ministri gratia nihil mirum, si dignanter nobis, immò & libenter Angeli Sancti ministrent. Ipsi enim amant nos, quia nos Christus amavit. Dicitur certè vulgari quodam proverbio: Qui me amat, amat & canem meum. Nos verò, Beati Angeli, catelli sumus Domini illius, què toto affectu diligitis: catelli, inquam, cupientes saturari de micis, quæ cadunt de mensa dominorum nostrorum, qui estis vos. Et hæc dixerim, fratres, ut amplioem de cætero erga Beatos Angelos fiduciam habeatis, ac proinde familiarius in omni necessitate vestra eorum invocetis auxilia. Sed & dignius in eorum præsentia conversari, & magis, ac magis eorum vobis conciliari gratiam, captare benevolentiam, & exorare clementiam studeatis.

R. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine: * Et armis tuæ potentia protege nos.

V. Mitte Domine Angelum tuum, qui custodiat nos in omnibus vijs nostris. Et armis.

Lectio vj.

QUæ cum ita sint, pēsate, quanta etiã nobis sollicitudine opus est, dilectissimi, ut dignos nos exhibeamus eorum frequetia, & eo modo conversemur in conspectu An-

gelorum, nè fortè Sanctos offendamus obtutus. Væ enim nobis, si quando provocati peccatis, & negligentijs nostris, indignos nos judicaverint præsentia & visitatione sua, ut jam necesse habeamus & nos plangere, & dicere cum Propheta: Amici mei, & proximi mei adversum me appropinquaverunt, & steterunt, & qui juxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam: elongatis nimirum eis, quorum præsentia protegere nos, & propulsare poterat inimicum. Quòd si tam necessariam habemus familiaritatem dignationis Angelicæ, cavenda nobis eorum offensa, & in his maximè exercendum, quibus eos novimus oblectari. Sunt enim plurima, quæ eis placent, & quæ in nobis invenire delectat, ut est sobrietas, castitas, paupertas voluntaria, crebri in cælum gemitus, & orationes cum lachrymis, & cordis intentione. Attamen super omnia hæc, unitatem, & pacem à nobis exigunt Angeli pacis.

R. Expugna Domine impugnantes nos: * Et libera nos de inimicis nostris.

V. Fiant viæ illorum tenebræ, & inimicis nostris.

V. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos. Gloria Patri. Et libera.

In tertio Nocturno.

Ant. Immisit Angelus Dñi in circuitu timentium eum, & de multis tribulationibus eripuit eos.

Psalmus 33.

Benedicam Dominum in omni tempore: * semper laus ejus in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea: * audiant mansueti, & lætentur.

Magnificate Dominum mecum: * & exaltemus nomē ejus in idipsum.

Exquisivi Dominum, & exaudivit me: * & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: * & facies vestrae non confundentur.

Ille pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum: * & de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: * & eripiet eos.

Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus: * beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes Sancti ejus: * quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt, & esurierunt: * inquirentes autem Dñm nō minuentur omni bono.

Venite filij, audite me: * timorem Domini docebo vos.

Quis est homo, qui vult vitam, * diligit dies videre bonos.

Prohibe linguam tuam à malo: * & labia tua ne loquantur dolum.

Divertè à malo, & fac bonum: * inquire pacem, & persequere eam.

Oculi Dni super justos: * & aures ejus in preces eorum.

Vultus autē Dñi super faciētes mala: * ut perdat de terra memoriā eorum.

Clamaverunt justi, & Dominus exaudivit eos: * & ex omnibus tribulationibus eorū liberavit eos.

Juxtā est Dominus ijs, qui tribulati sunt corde: * & humiles spiritu salvabit.

Multae tribulationes justorum: * & de omnibus his liberabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorū: * unū ex his nō contēretur.

Mors peccatorū pessima: * & qui oderunt justum, delinquent.

Redimet Dominus animas servorū suorū: * & non delinquent omnes, qui sperant in eo.

Añā. Immisit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & de multis tribulationibus eripuit eos.

Añā. Adorate Dominū omnes Angeli ejus, quoniam Dominus custodivit animas servorū suorum, & de manu peccatoris liberavit eos.

Psalm. 96.

Dominus regnavit, exultet terra: * lætentur insule multe.

Nubes, & caligo in circuitu ejus: * justitia, & judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet: * & inflammabit in circuitu inicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: * vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, * à facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cœli justitiam ejus: * &

* & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus: * audivit; & lætata est Sion.

Et exultaverunt filia Judæ, * propter judicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: * custodit Dñs animas Sactorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino: * & cōfitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Añã. Adorate Dominum omnes Angeli ejus, quoniã Dominus custodivit animas servorum suorum, & de manu peccatoris liberavit eos.

Añã. Benedicite Dominum omnes Angeli ejus, & notas nobis facite vias ejus.

Psa'm. 102.

Benedic anima mea Dño: * & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.

Benedic anima mea Domino: * & noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: * qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuã: * qui coronat te in misericordia,

& miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum: * renovabitur ut aquilæ juvenus tua.

Faciens misericordias Dominus, * & judicium omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moyfi, * filijs Israel voluntates suas.

Miserator, & Misericors Dominus: * lōganimis, & multum misericors. Non in perpetuum irascetur: * neq; in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis: * neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cæli à terra: * corroboravit misericordiam suam super timetes se.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dñs timentibus se: * quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

Recordatus est, quoniam pulvis sumus: * homo sicut scenū dies ejus, tanquã flos agri sic effloret.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: * & non cognoscet amplius locum suum.

Misericordia autē Dñi ab æterno, * & usq; in æternū super timetes eū.

Et justitia illius in filios filiorum, * his, qui servant testamentum ejus.

Et memores sunt mandatorum ipsius, * ad faciendum ea.

Dominus in cælo paravit sedem suam: * & regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus: * potentes virtute, facientes

tes verbum illius, ad audiendam
vocem sermonum ejus.

Benedicite Domino omnes virtu-
tes ejus: * ministri ejus, qui faci-
tis voluntatem ejus.

Benedicite Domino omnia opera e-
jus: * in omni loco dominationis
ejus, benedic anima mea Do-
mino.

Ana. Benedicite Dominum omnes
Angeli ejus, & notas nobis facite
vias ejus.

V. Mitte Domine Angelum tuum
de cœlis.

Pr. Qui custodiat, & illuminet nos.
Lectio Sancti Evangelij secundum
Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tempore: Angelus Domi-
ni apparuit in somnis Joseph, di-
cens: Surge, & accipe puerum, &
matrem ejus, & fuge in Ægyptum,
& esto ibi usque dum dicam tibi. Et
reliqua.

Homilia S. Joannis Chry-
sostomi.

Homilia 8. in Matth.

Est divinitatis virtute dignum,
non modò cōterere inimicos,
verùm etiam cum omni illos facili-
tate decipere. Sic enim & Ægyp-
tos populi sui utilitate seduxit; cū-
que palam in Judæorum manus il-
lorum posset transferre divitias, oc-
cultè hoc magis fieri, ac decipièdo
præcepit: quod certè illum apud in-
micos non minus fecit, quàm alia
signa, terribilem. Denique Ascalo-
nitè, omnesque per circuitum alie-
nigenæ, quando arcam Dei ceperunt,

percussique plagà suaserunt civibus
suis, ne adversus Dei repugnarent
manum, cū ceteris mirabilibus, hoc
quoque in medium protulerunt, di-
centes: Quare aggravatis corda ves-
tra, sicut aggravavit Ægyptus, &
Pharao cor suum? Nonne postquam
illufit eis, dimiserunt populum suum,
& abijt? Hæc verò dicebant, cū ad
documētum virtutis Dei signis ma-
nifestiùs factis, nequaquam istud ef-
se inferius judicarent. Id igitur etiã
in præfenti causâ factum est, quod
certè facile posset tyranno incutere
terrorem. Itaque cōsidera, quanam
Herodem esse passum, consequentia
rerum ipsa declarat; qui certè suffo-
cari etiã præ indignationis mag-
nitudine potuit, cū se ita illufum,
atque irrisum doleret. Quod si non
est hinc melior effectus, non Deus,
qui ista dispensavit, in culpa est, sed
nimia viventis insania, qui ne his
quidem cessit, quæ utique consolari,
& à tanta eum abducere maligni-
tate potuerunt.

V. Domine Deus omnipotens, & di-
ficator, & custos Jerusalem civitatis
supernæ, mitte Angelum tuum: * Ut
custodiat Regnum, & locum istum,
cum omnibus habitatoribus suis.

V. Convertete Domine faciem tuam
super populum tuum, & visita nos
per Angelum tuum.

Ut custodiat.

Lectio viij.

ET cujus tandem, inquires, rei
gratiã in Ægyptum parvulus
mittitur? Prima quidem illa causa
est, quam Evangelista signavit: Ut
im-

impleretur, inquit, quod scriptum est, Ex Ægypto vocavi filium meum. Deinde ut in illa quoque regione melioris spei ponerentur exordia. Quia enim Babylon, atque Ægyptus præ omnibus terris flamma impietatis ardebant, ab ipsis statim principiis ostendit, quia utramque emendaturus esset, & igne potius fidei succensurus, ex his utique persuades etiam de alijs mundi partibus speranda esse meliora. Nam Persidi quidem Magos remittit, ipse vero cum matre in Ægyptum descendit. Supra vero ista, quæ diximus, etiam hinc aliquid aliud addiscitur, quod certe non ad exiguam philosophiam pertinere videatur. Quid vero istud est? Quod ab ipsis videlicet vitæ initijs ad tentationes debeamus, atque insidias præparari. Cerne igitur ab ipsis omnino incunabulis Christi istud effectum: nam statim ut ortus est, contra eum tyrannus furit, ipse in Ægyptum fugit, continuoque in montana transit, & mater innoxia in regionem barbarorum fugatur: ut videlicet hæc audiens, cum dignus fueris specialis alicujus negotij minister effici, & videris te tribulationes varias, & mille sustinere discrimina, nihil omnino turberis, neque tecum ratiocineris, ac dicas: Quid nam istud est, quod mihi infertur immerito? Cui certe laus potius & corona congruit, quique esse deberem clarus, ac nobilis, utpote dominica præcepta persiciens: sed ut isto munitus exemplo viriliter cuncta sustineas, sciens tribulationes maximas, & in-

separabiles quasdam comites esse virtutum.

Regnum, & civitatem istam circumdanda Domine: * Et Angeli custodiant muros ejus: Exaudi populum tuum cum misericordia.

¶ Avertatur Domine furor tuus ab hoc Regno, & civitate tua. Et Angeli. Gloria, Et Angeli.

Nona Lectio de Homilia Do-

minica occurrente.

Ad Laudes, & per Horas,

Antiphona.

Induit Angelus Princeps noster fortitudinem, & præcinxit se virtute, & firmavit civitatem nostram, quæ non commovebitur ab inimicis nostris.

Psalms. Dominus regnavit:

cum reliquis de Dominica.

Ant. Jubilate Deo omnes cives ejus, quoniam Dominus, qui fecit nos, ipse custodiet, & liberabit nos.

Ant. Ad te Domine de luce vigilat Angelus Princeps, & Custos noster, & super civitatem istam: ideo inimici nostri in vanum quesierunt expugnare eam.

Ant. Benedicant Dominum omnes Angeli ejus, & repellat à nobis omnes potestates adversas.

Ant. Laudate Dominum omnes Angeli ejus, & alligate inimicos nostros in compedibus, & omnes impugnantes nos in manicis ferreis.

Capitulum.

Hæc dicit Dominus de Rege Assyriorum: Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in ea sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec cir-

cum dabit eam munitio.

Hymnus.

Terne Rector fiderum.
 Qui, quidquid est, potentiã
 Magnã creasti, nec regis
 Minore providentia.
 Adesto supplicantium
 Tibi reorum cœtui:
 Lucisque sub crepusculum
 Lucem novam da mentibus.
 Tuusque nobis Angelus,
 Electus ad custodiam,
 Hic adsit, a contagio
 Ut criminum nos protegat.
 Nobis draconis æmuli
 Versutias exterminet;
 Ne rete fraudulentia
 Incauta nectat pectora.
 Metum repellat hostium
 Nostris procul de finibus:
 Pacem procuret civium,
 Fugerque pestilentiam.
 Deo Patri sit gloria,
 Qui, quos redemit Filius,
 Et Sanctus unxit Spiritus,
 Per Angelos custodiat.
 Amen.

¶ Immittet Angelus Domini in
 circuitu timentium eum.

¶ Et eripiet eos.

Ad Benedictus.

Añã. Benedictus Dominus, qui per
 Angelum salutis visitavit plebem,
 & civitatem nostram, & liberavit
 eam de manu omnium, qui oderunt
 nos, & direxit pedes nostros in viã
 pacis.



Oratio ut sup. ad Vesp.

Deinde fit comin. Dominica.

Ad Tertiam.

Añã. Jubilate.

Cap. Hęc dicit Dominus.

¶ *brev.* Angelis suis Deus: Mandavit de te. Angelis suis.

¶ Ut custodiant te in omnibus vijs
 tuis. Mandavit de te.

Gloria Patri. Angelis suis.

v. Dirige nos Domine per Angelũ
 tuum.

¶ Quoniam tu es Salvator noster

Ad Sextam.

Añã. Ad te Domine.

Capitulum.

Per viam, qua venit, revertetur,
 & civitatem hanc non ingredi-
 etur, dicit Dominus: protegam que
 urbem hanc, & salvabo eam propter
 me, & propter David servum meũ.

¶ *brev.* Dirige nos Domine: * Per An-
 gelum tuum: Dirige nos Domine.

¶ Quoniam tu es Salvator noster.
 Per Angelum tuum.

Gloria Patri. Dirige nos Domine.

¶ Mitte Domine Angelum tuum
 de cœlis.

¶ Qui custodiat, & illuminet nos.

Ad Nonam.

Añã. Laudate Dominum.

Capitulum.

Factum est igitur in nocte illa:
 Venit Angelus Domini, & per-
 cussit in castris Assyriorum centum
 octoginta quinque millia.

¶ *brev.* Mitte Domine * Angelum
 tuum de cœlis. Mitte Domine.

¶ Qui custodiat, & illuminet nos.
 Angelum tuum de cœlis.

Glo-

Gloria Patri. Mitte Domine.

ψ. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum.

R. Et eripiet eos.

In secundis Vesperis, omnia ut in primis.

MISSA

In Festo Sancti Angeli Custodis Regni Lusitaniae.

Introitus.

Angelis suis Deus mādavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis: in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Psalms. Qui habitat in adjutorio altissimi, in protectione Dei cœli cōmorabitur.

ψ. Gloria Patri.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui ex inefabili providentia uni cuique Regno singularem Angelum ad custodiam deputasti: concede, quæsumus, ut Angeli Regni nostri Custodis precibus, & patrocinijs ab omnibus semper: eruamur adversis, Per Dominum.

Et sit communem. Dominica occurrentis.

Lectio libri Regum.

In diebus illis: Misit Isaias filius Amos ad Ezechiam dicens: Hæc dicit Dominus de Rege Assyriorum: Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec circumdabit eam munitio, Per viam, qua

venit, revertetur, & civitatem hanc nō ingredietur, dicit Dominus. Protegamque urbem hanc, & salvabo eam propter me, & propter David servum meum. Factum est igitur in nocte illa: venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Cumque diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum, & recedens abiit, & reversus est Sennacherib Rex Assyriorum.

Graduale.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

ψ. Clamaverunt iusti, & Dominus exaudivit eos, & de omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. Alleluia, alleluia.

ψ. Adorate Dominum omnes Angeli ejus, quoniam custodiet Dominus animas servorum suorum, de manu peccatoris liberavit eos. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum, & matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum. Et erat ibi usque ad obitum Herodis: ut adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum. Et

Et dicitur Credo.

Offertorium.

Afferre Domino omnes An-
geli ejus, afferre Domino glo-
riam, & honorem, adorate Do-
minum in atrio sancto ejus.

Secreta.

Suscipe, Domine Sancte Pater
omnipotens æterne Deus, hæc
munera, quæ tibi supplicantes offe-
rimus: ut Angelo nostro suffragante
Custode, à cunctis muniamur ad-
versis. Per Dominum.

Commemorat. Dominica.

Communisio.

Pluit Dominus de cælo Man-
na ad manducandum: panem
cæli dedit eis, panem Angelorum
manducavit homo: Alleluia.

Post communio.

Prosint nobis, Domine, ad salu-
tem corporis, & animæ Sacra-
menta, quæ sumpsimus: ut Angelica
opitulante custodia, à cunctis peri-
culis liberati, cælestium donorum
mereamur esse participes.

Commemoratio Dominica.

Die xvj. Augusti.

*In Festo S. Rochi Conf. Dup. Omnia
de Communi. Oratio, Deus qui nos.*

*In secundis Vesp. Assumptionis B. M.
fit tantum de S. Rocho comm. In primo
Nocturno. Lect. de Script. occurrente. Reli-
qua de commun. Conf. comm. Oct. B. M.
& S. Laurent. In 2. Vesp. comm. diei Oct. S.
Laurentij, & Oct. B. M.*

*Festum S. Hyacinthi Conf. transfer-
tur in primam diem infra Oct. non im-
peditam alio festo, vel Dominica.*



SANCTI DIDACI CONFESSORIS

ORDINIS MINORVM

Duplex.

Ex Decreto SS. P. ALEXANDRI VII. Celebra-
tur fer. 2. post Dominicam 5. post Pasch.

Ad Fratres Minores
tantum.

(—————)
*Omnia dicuntur ut in die Natalis ipsius, die 12. No-
vembris, præter orationem, & lectiones secundi Noctur-
ni, quæ hic ponuntur.*

ORATIO.

DEVS, qui per Trās-
lationem Corpo-
ris B. Didaci Cōfessoris
tui, ejus gloriã in Ter-
ris renovasti: concede
propitius, ut ipsius pre-
cibus nos spiritu reno-
vati, æterna præmia cō-
sequi mereamur in Cæ-
lis. Per Dominum no-

strum &c.

In II. Nocturno.

Lectio jv.

CVM B. Didacus
sanctissime vitæ
cursu peracto migra-
set in Cœlum, tanta
protinus virtutum fa-
mã clarescere cœpit, ut
ad ejus sepulchrum é
diver-

diversis Hispaniæ partibus ingens fidelium concursus fieret, quorum devotioni satisfacere cupientes. Fratres Conventus Complutensis sacrum ipsius Corpus, quod jam quatruiduo sepultum fuerat, humore fossum per multos menses insepultum non sine miraculi interventu conservarunt. Nam integrum, incorruptumque semper manens suavissimum emanabat odorem, quo omnes mirifice recreabantur; tum membra ejus non rigida, non dura, qualia cadaverum esse solent, sed mollia quocumque verterentur. Tot autem miracula ipso intercedente operatus est. Deus, ut in actis pro Canonizatione transmissis

centum ferè, & triginta enumerentur. His permotus Henricus IV Rex Castellæ; sibi que, ac filie periculose ægrotanti per B. Didaci preces sanitate impetrata, nobile Sacellum grati animi monumentum extruxit, ac ibi in arca ferreis laminis communita corpus ejus recondi jussit.

Leetio v.

Multo postea elapso tempore cum Carolus Princeps Philippi secundi Regis Catholici filius graviter Compluti ægrotaret, deque ejus salute nulla spes superesset, B. Didaci corpus centum ferè post obitum annis adhuc integrum, & incorruptum ad ægroti Principis

cipis cubiculum decē-
ter allatum fuit. Quod
cum ipse Sancti Viri
patrocinio se commē-
dans devotē tetigisset,
feliciter contigitur, quo
tempore eum Medici
moriturum prędixerāt,
divinitus convaluerit.
Memor itaque accepti
beneficij unā cum Pa-
tre Philippo, & univer-
sa Hispania à Sixto V.
Pontifice Maximo in-
stantissimē petijt, ut
Dei famulum in Sanc-
torum numerum refer-
re dignaretur: qua gra-
tia impartita Philippus
Rex prędictum Sacel-
lum instauravit, & in
meliorem formam re-
degit, ejusque Canoni-
zationis solemnia mag-
nificentissimē Cōpluti
celebravit.

14
Lectio vij.
V Erum cum idem
Sacellum angu-
stum nihilominus esset
ob crescentem indies
propter nova miracu-
la, Populorum frequē-
tiam, Philippus Quar-
tus Rex Catholicus B.
Didacum singulari pro-
sequens devotionis af-
fectu, ampliorem æ-
dem non longe à priori
suis sumptibus extrui,
& regali munificentia
ornari curavit. Hic Sa-
crum Corpus post du-
centos ferē annos ab
ejus obitu integrum,
incorruptum, ac trac-
tabile repertum, & o-
dorem suavissimum
spirans translatum fuit,
ipso Rege, ac præcipu-

is

is Aulae officialibus, & Hispaniae Magnatibus cum infinita fidelium multitudine assistentibus, & in medio Ecclesiae honorificentissime collocatum mense Maij anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono, Ecclesiam gubernante Alexandro

Septimo Summo Pontifice, qui praedicto Rege instante hujus Translationis Festum feria secunda Dñicae quintae post Pascha celebrari concessit.

Lectio ix. legitur de Homilia Rogationum.

Missi ut in die Festi.

VLISSIPONE.

Cum facultate Superiorum.

Ex praelo Dominici Carneiro. Anno Dñi 1667.

Die iv. Septembris.

INFESTO

SANCTÆ ROSÆ VIRGINIS VITERBIENSIS

ORDINIS SANCTI FRANCISCI

DVPLEX.

OFFICIUM.

A Sac. Rit. Cong. recognitum, & approbatum.

*A Fratribus, & Monialibus Ordinis Minorum recitandum die
4. Septembris, & per octavam Duplex.*

Secundæ Classis cum Octava

AD VESPERAS

Antiphona.

HÆc est virgo sapiens. Cum
reliquis de Communi Virginū.
In utriusque Vesperis, & Laudibus
V. Ora pro nobis Beata Rosa.
R. Vt digni efficiamur, &c.

Oratio.

DEus, qui Beatam Rosam San-
ctaram tuarū Virginum col-
legio aggregare dignatus es: tribue
nobis quæsumus, ut ejus precibus,
& meritis à culpis omnibus expie-
mur, & tuæ Majestatis consortio
perfruamur æterno: Per Dominum
nostrum, &c.

*De festo semiduplici precedenti nul-
la sit commemoratio.*

Ad Matutin. Invitatorium.

Regem Virginum Dominum: Ve-
nite adoremus. Psal. Venite exul-
temus. Hymnus. Virginis proles.
Cum reliquis ut in communi Virginū.

*In primo Nocturno Lectiones de Epis-
tola ad Corinthios, de Virginibus.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

ROsa Viterbij pijs Parentibus
nata ab ipsa infantia omni vir-
tute enituit, facta perfectionis Ma-
gistra cum vix loqui didicisset. Mū-
di exosa vanitates, rudi amictu pe-
dum nuditate, cilicio, jejunijs, aliis-
que austeritatibus, corpusculum af-
figens divinæ contemplationi jug-
ter vacabat. Hanc verò eximiam
sanctitatem insigni miraculo Deus
testatam voluit; nam adhuc puella
avunculam defunctam ad vitam re-
vocavit. Ad Virginitatem, quam
perpetuo coluit, solo aspectu intuē-
tium animos excitabat. Charitatis
erga pauperes studiosissima, cū ali-
quando hyberno tempore subtrac-
tum sibi panem clam illis deferret,

A

pa-

patre imperante, ut proderet, quid in gremio absconditum ferret, panis in rosas conversus est.

Lectio v.

CUm septimum expleisset annū, solitudinis desiderio flagrans domus suæ angustam cellulam elegit, cui se tanquam voluntario carceri inclusit, & orationi, corporisque castigationi ardentem incumbens Dei clementiam deprecabatur pro Sanctæ Ecclesiæ tranquillitate, quam Friderici Secundi Imperatoris impietas accerrimè divexabat. Et diutina autem maceratione in morbum lectalem incidit, in quo Beatæ Virginis visitatione recreata, Habitum Tertij Ordinis S. Francisci induere iussa est. Decennis à Deo inspirata pijs adhortationibus, validisque argumentis, multos hæreticos ad fidem, & obedientiam Romani Pontificis reduxit. Quae de causa cum tota cognatione sua in exilium eiecta ad vicina oppida venit, ubi Friderici mortem, & Ecclesiæ pacem prophético spiritu prædixit. Mulierem cæcam à natiuitate illuminavit, & ad fidei veritatem astruendam succensum rogam ingressa, ac tribus horis in eo illæsa permanēs, cuiusdam hæreticæ mulieris pervicaciam vicit, eamque cū alijs ad fidem convertit.

Lectio vi.

TAndem Viterbium summa Civium gratulatione reversa in consortium Sanctimonialium S. Mariæ de Rosis admitti petijt, sed illis ingressum ob puellæ inopiam

denegantibus, se mortuam in eo Cœnobio commoraturam prædixit. Mox ad pristinum domus suæ carcerem regressa, cum in ea duobus annis permansisset, morbo correpta, & ad beatam Patriam suspirans meritis plena migravit ad spōsum decimo octavo suæ vitæ anno nondum exacto. Corpus ejus miro splendore illustratum, suavique odore perfusum, in Templo Sanctæ Mariæ de Podio effosa humo, ac de super ingesta, tumulatum fuit, donec post triginta circiter mense ab Alexandro IV. tunc Viterbij sedente, & in somnijs ter ab ea admonito refossus, & incorruptum repertū, pridie Nonas Septembris ad præfatum Monasterium, quod postea Sanctæ Rosæ nuncupatum est, solemniter translatum fuit, ubi usque ad hodiernum diem integrum, & flexibile summa totius Orbis admiratione asservatur, & novis semper miraculis coruscat.

In 3. Nocturno Homilia S. Gregorij Papa de cōmuni Virginū primo loco. A Laudes omnia de communi Virginum V. Ora pro nobis, &c. Oratio. Deus qui Beatam Rosam, ut supra in Vesperis. In 2. Vesperis sit Commem. S. Iuliani in Hispania.

Die v. Septembris.

Secunda die infra octavam S. Rosæ Virg. Semid. lect. 2. noct. de Communi Virg. 1. loco Homilia ex die S. Leocadia Virg. & M. 9. Decembris, ut in proprio Hispanorum.

Die vj. Septembris.

Tertia die infra octavam S. Rosæ Virginis Semiduplex.

In 2. Nocturno.

Sermo S. Ambr. Episc.

Lib. 1. de Virgin. paula ante mediū.

Lectio iv.

Ego licet laudationē non susceperim virginitatis, sed expressionem; ad rem tamen pertinere arbitror, ut quæ sit ei patria, quis auctor, appareat. Ac prius, ubi sit patria, definiamus. Si enim ibi est patria, ubi genitale domicilium; in cælo profecto est patria castitatis: itaque hic advena, ibi incola est. Quid autem castitas virginalis, nisi expers contagionis integritas? Atque ejus auctorem quem possumus existimare, nisi immaculatum Dei Filium, cujus caro non vidit corruptionem, divinitas non est experta contagionem? *R.* Propter veritatem.

Lectio v.

Videte igitur, quanta virginitatis merita sint. Christus ante Virginem, Christus ex Virgine; à Patrem quidem natus ante sæcula, sed ex Virgine natus ob sæcula. Illud naturæ suæ, hoc nostræ utilitatis est. Illud erat semper, hoc voluit spectare aliud virginitatis meritum. Christus Virginis Sponsus, & si dici potest, Christus virgineæ castitatis. Virginitas enim Christi, non Virginitatis est Christus. Virgo est ergo, quæ nupsit, Virgo, quæ nos suo utero portavit, Virgo, quæ genuit, Virgo quæ proprio lacte nutrit. Sed jam à matre descendamus ad filias.

R. Dillexisti justitiam.

Lectio vj.

DE virginibus inquit Apostolus, præceptum Domini nõ habeo, consilium autendo. Si Doctor gentium nõ habuit, habere quis potuit? Et præceptum quidem nõ habuit, sed habuit exemplum: non enim imperari potest virginitas, sed optari. Nam quæ supra non sunt, in volo magis, quam in magisterio sũt. Sed volo vos, inquit, sine sollicitudine esse: nam qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sint, quomodo placeat Deo. Et virgo cogitat quæ Dñi sint, ut sit sancta corpore, & spiritu. Non ego quidem dissuadeo matrimonium, sed virginitatis attexo beneficium.

R. Afferentur Regi.

In 3. Nocturno.

Lectio S. Evangelij Secundum Mattheum.

Lectio 7.

Cap. 25.

In illo tẽpore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso, & sponsæ. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Lib. 4. in Matth. Cap. 25.

Hanc parabolam quidam simpliciter in virginibus interpretantur; quarum aliæ, juxta Apostolum, & corpore, & mente sunt virgines: aliæ virginitatem tantum corporum reservantes, vel cetera opera non habent proposito suo similia; vel parentum custodia reservatæ; nihilominus mente nupsērũt.

A 2

Sed

FESTA SEPTEMBRIS.

Sed mihi videtur ex superioribus alius sensus esse, qui dicitur; & non ad virginalia corpora, sed ad omne hominum genus comparatio pertinere.

R. Hæc est virgo sapiens,

Lectio viij.

Qui idcirco omnes virgines appellatur, quia gloriantur in unius Dei notitia, & mens eorum idololatricæ turbine non construatur. Oleum habent Virgines, quæ juxta fidem, & operibus adornantur. Non habenti oleum quæ videntur similem quid Dominum confiteri, sed virtutum opera negligunt. Possumus quinque virgines sapientes, & stultas, quinque sensus interpretari, quorum alij festinant ad cælestia, & superna desiderant, alij terrenis fecibus inhiantes fomenta non habent veritatis, quibus sua corda illuminent.

R. Media nocte clamor.

Lectio ix.

Dicamus aliquid quod forsitan Lectori utile sit. Traditio Judæorum est, Christum media nocte venturum in similitudinem Ægyptij temporis, quando Pascha celebratum est, & exterminator venit: unde reor, & traditionem Apostolicam permansisse, ut in die Vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium, populum dimittere non liceat, expectantes adventum Christi: & postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta, festum cunctos agere diem. Tunc surrexerunt om-

nes virgines illæ. Quæ lampades suas queruntur extinguere, ostendunt eas ex parte lucere: & tamen non habent lumen indeficiens, nec opera perpetua.

Te Deum laudamus.

Die vij. Septembris.

Quarta die infra Octavam S. Rosæ Virginis Semiduplex.

In 2. Nocturno.

Sermo S. Maximi Episc.

In Natali S. Agnetis.

Lectio iv.

Cum in toto mundo virgineus flos Mariæ immarcescibiles coronas innectat, & sceptrigeram pudoris aulam immaculato conservet affectu, eo usque integritas perseveravit ad palmam, ut in puellis tropheum sanctitatis arriperet, & per vestigia Matris Virginis ad cælestem thalamum perveniret. O quam imitabile virginibus, Virgo Rosa, tu amoris tradidisti exemplum, o quam sanctum pectoribus dandum virgineis tribuisti responsum, contemnendo mundi divitias, execrando carnis concupiscentias, & solam Christi pulchritudinem ad amando! Accedite ad puellam puellæ, & discite, quales in pectore suo circa amorem Christi flammam accendit. Discite virgines Christi amorem in ea ferventem, & omnes mundi divitias velut stercora recusantem.

R. Propter veritatem.

Lectio v.

Ideo enim Sanctorum per litteras traduntur exempla, ut unusquisque pro qualitate sexus, modum

sui

FESTA SEPTEMBRIS.

fui propositi teneat; & sicut per virginem virgines, ita conjugem conjuges vincere sæculum pro Christi amore studeant; ac repugnatione animi, mundi dulcia recusantes, & ejus non recusantes austeram, ad delectationes perpetuas, & ad gaudia æterna pertingant. Hæc dicentes, non vituperamus conjugum casta commercia, sed virginum perseverantiam adornamus. Non enim virginitas malis rebus superponenda est, sed est rebus optimis præferenda. Quæ enim mundis mundior, & sanctis est sanctior, non indiget malarum rerum vituperatione laudari.

R. Dilexisti justitiam.

Lectione vij.

Veni jam virgo ad thalamum, quem quæsitisti, ut sponsam te virginitas immaculata comprobet Christi. Felix caterva virginum, quibus studium est tuæ sequi confessionis vestigia. Habebunt enim tecum coronam in cælo, quæ tecum superaverunt inimicum in mundo. Nam sicut tibi vestigia prosequenti participatio æternæ remunerationis apparuit, ita eis te imitantibus æterna credimus gaudia non neganda. Itaque ò splendida Christo Dei Filio, & omnibus Angelis, atque Archangelis grata, ut nostri meminisse digneris, quibus possumus, precibus exoramus: ut nobis ille tribuat indulgentiam, qui tibi tuorum omnium laborum tradidit palmanam.

R. Afferentur Regi virgines.

Oratio in die 6. Martij dicenda.

DEus, qui Beatam Rosam Virginem tuam charitatis rubore, & puritatis Candore in hoc sæculo decorasti, cõcede nobis famulis tuis, ut iisdem muneribus repleti, ad contemplandam tuæ celsitudinis speciem, in cœlis sublimari mereamur. Per Dominum nostrum, &c.

In 3. Nicturno.

Homilia ut in die S. Cecilie 22. Nov. Vespera Nativitatis B. Mariae Virg. sine aliqua commemoratione.

Die viij. Septembris.

Nativitas B. Mariae Virginis duplex 2. classis, cum 9. lectione, & commemorat. S. Adriani tantum.

Die ix. Septembris.

De secunda die infra Octavam Nativitatis B. Mariae, cum commemoratione S. Rosæ, & Gorgonij Martyris.

Die x. Septembris.

De S. Nicolao Tolentino Confessore duplex, cum commemoratione Octavarum Vespere à Capitulo de die Octava S. Rosæ, cum cõmemoratione S. Nicolai, & Octava Nativitatis B. Mariae.

Die xj. Septembris.

In die Octava S. Rosæ Viterbiensis, Duplex.

In 2. Nicturno.

De Epistola S. Hieronymi Presbyteri ad Eustochium.

De Custodia Virginitatis, Tomo I. circa medium. Lectione iv.

DE Virginibus, inquit Apostolus, præceptum Domini non

ha-

habeo. Cur? quia, & ipse ut esset Virgo, non fuit imperij, sed propriæ voluntatis. Neque enim audiendi sunt, qui eum uxorem habuisse cōfigunt; cum de continentia differēs, & suadens perpetuam castitatem, intulerit: Volo autem omnes esse sicut me ipsum, & infra: Dico autē in nuptis, & viduis: Bonum est illis, si sic permaneāt, sicut & ego. Quare ergo non habet Domini de virginitate præceptum? quia maioris est mercedis, quod non cogitur, & offertur; quia si fuisset virginitas imperata, nuptiæ videbantur ablata; & durissimum erat contra naturam cogere, Angelorumque vitam ab hominibus extorquere.

R. Propter veritatem.

Lect'o v.

Alia fuit in veteri lege felicitas. Ibi dicitur: Beatus, qui habet semen in Sion, & domesticos in Ierusalē: & Maledicta sterilis, quæ nō pariebat: & Filij tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ. Vacuus erat orbis, & ut de typicis taceam, sola erat benedictio liberorum. Propterea, & Abraham jam senex Ceturæ copulatur, & Jacob mandragoris redimitur, & cōclusam vulvam in Ecclesiæ figuram Rachel conqueritur. Paulatim verò crescente segete, messor immisus est. Virgo Elias, Eliseus virgo, virgines multi filij Prophetarum. Jeremiæ dicitur: Et tu ne accipias uxorem. Sanctificatus in utero, captivitate propinqua, uxorem prohibetur accipere. Alijs verbis idipsū

Apostolus loquitur: Existimo hoc bonum esse propter instantem necessitatem. Quæ est ista necessitas, quæ aufert gaudia nuptiarum? Tēpus breviatum est, in proximo est Nabuchodonosor.

R. Dilexisti justitiam.

Lectio vj.

IN veniebat ergo, ut diximus, in viris tantum hoc continentiae bonum, & in doloribus jugiter Eva parturiebat: postquam verò Virgo concepit in utero, & peperit nobis Puerum, cujus principatus in humeros ejus, Deum, Fortem, Patrem futuri sæculi, soluta maledictio est. Mors per Evā, vita per Mariam. Ideoque editius virginitatis donum fluxit in fœminas, quia cepit à fœmina. Statim ut Filius Dei ingressus est super terram, novā sibi familiam instituit, ut qui ab Angelis adorabatur in cœlo, haberet Angelos, & in terris. Tunc Holofernis caput Judith continēs amputavit: tūc Amā, qui interpretatur iniquitas, suo cōbustus est igni: tūc primū auditum est: Quæ non est nupta, cogitat quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore, & spiritu.

R. Afferentur Regi Virgines.

In 3. Noct' Homilia ut in die Festo.

Deinde fit commemoratio Nativitat.

B. Maria, & in secundis Vesperis.

Die 6. Martij fit etiā Officiū Duplex.

Omnia ut supra in ejus festo principali die 4. Septembris.

Missæ de communione Virginum cantic 1.

Oratione propria, ut in Officijs, dicitur Credo, & per Orlavam.

Totius Ordinis Minor. de Observantia utriusque Sexus.

S Acra Rituū Congregatio ad preces Fr. Francisci Mariæ de Bononia Procuratoris Generalis Min. Observ. S. Francisci benigne annuit, atq; concessit, ut ab universo prædicto Ordine utriusque sexus recitari possit, & valeat Officium S. Rosæ Virginis Viterbiensis Monialis ejusdem Ordinis, eodem modo, & forma, quibus recitetur per Clerum Civitatis, & Diœcesis Viterbij, & per alios Regulares ejusdem Ordinis S. Francisci. Hac die 12. Septembris 1671.

F. M. Episc. Port. Card. Branc.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secr.

S Anctissimus D. N. Clemens Papa X. per suum Breve datum Romæ sub Annulo Piscatoris die 20. Julij 1671. concessit, ut in toto Ordine Minorum recitari possit semel in mense aliqua die Officio novem lectionum non impedita Officium S. Claræ Virginis, sub ritu semiduplici Officium fiet, ut in festo principali ipsius 12. Augusti præter lectiones primi Nocturni, quæ legentur de Scriptura occurrente cū precibus, & suffragijs cōsuetis. In Oratione mutentur illa verba: *Votiva natalitia*, in *Vetivā festivit.*

Idemque Sanctissimus die 14. Julij 1671. concessit, ut in Ordine Minorum celebrentur sub ritu duplici festa Sanctarum Virg. & Mart. Apollonia, Margaritæ, Ursolæ, & Barbaræ. Officium erit de communi Virginum præter lectiones primi Nocturni, quæ leguntur de Scriptura corrente. In festo autem S. Appolonie lectio 4. propria, ut in Breviario die 9. Februar.

Idem Pontifex concessit die 25. Novembris 1671. quod in universo Ordine Minorum fiat Officium duplex in festo Beatæ Ludovicæ Albertonæ Viduæ Romanæ, 31. Januarij: Officium erit de communi, nec Virginis, nec Martyris.

Idem Sanctissimus D. N. Clemens Papa X. per suum Decretum Dat. Romæ 18. Maij 1672. concessit ad supplicationem Fratrum Minorum Capucinorum Regnorum Hispaniæ, quod Indulgentia Plenaria ab eadē Sanctitate sua concessa ijs, qui interfunt Missæ Solenni SS. Nominis Mariæ in die 17. Septembris, transferatur in Ecclesijs prædicti Ordinis simul cū Officio SS. Nominis Mariæ, ad primam diem non impeditam post festum Impressionis Sacror. Stigmat. S. Francisci, quod celebratur in Ordine Minorum 17. Septembris, sub ritu duplici 2. Classis.

Imprimatur.

Doct. Greg. Vic. Gñlis.

Ordinis Fratrum Minorum de Observantia Sancti Francisci.

S Anctissimus D. N. Clemēs Papa X. ad enixas preces Patris Fratris Josephi Coppones Ordinis Fratrum Minorum Observantiū Sancti Francisci.

811
cisci Commissarij Generalis de Curia, tam suo, quàm totius prædictæ Re-
ligionis nomine Sanctitati Sux porrectas benigne annuendo cōcessit, atq;
indulgit omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus, ne dàm dicti sui Or-
dinis Min. de Observantia, sed Universi, & cujuscumque Ordinis Fratrum
Minorum, etiam Tertij Ordinis S. Francisci utriusque sexus, ut imposterum
semel in mense per annum die tamen non impedita festo novem lectio-
num, licitè, & liberè recitari possit, & valeat ab eisdem, sub Ritu semidu-
plici Officium de Sancta Clara Virgine Assisien. Professa sub regula præ-
fati Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci non obstantibus Consti-
tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibus-
cumque: Et de hujusmodi concessione litteras in forma Brevis expediri
mandavit. Hac die 25. Septembris 1673.

F. M. Episc. Portueñ. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secr.

Ordinis Min. Observantia Reformatorum Sancti Francisci.

CUM Sanctissimus D. N. Clemens Papa X. Officium Beatæ Ludovicæ
Albertoniæ Viduæ Romanæ Tertij Ordinis S. Francisci recitandū,
& Missam die 31. Januarij ejus festo singulis annis Romæ in Ecclesia S.
Francisci ad Ripam, ubi ejus Corpus requiescit à quolibet Sacerdote ibi-
dem confluyente celebrandam, de Communi, nec Virg. nec Mart. conces-
serit. Et deinde sub die 22. Augusti proxime præteriti extenderit ad uni-
versum Tertium Ordinem utriusq; sexus ejusdem Sancti Francisci. Modo
ad preces Fr. Joannis Pauli Romani Minor. Observ. Reform. Procurato-
ris specialiter cōstituti in causa Canonizationis dictæ Beatæ benigne quo-
que extendit sub ritu duplici ad universum Ordinem S. Francisci utriusq;
sexus: Et dictam Missam, ut supra concessam celebrari posse concessit dic-
ta die ejus festo per quemlibet Sacerdotem ad eorū Ecclesias ubique po-
sitas confluentem. Hac die 25. Novembris 1671.

F. M. Episc. Portueñ. Card. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secr.

Ordinis Fratrum Min. Religionis Observ. Sancti Francisci.

SANCTISS. D. N. Clemens Papa X. ad enixas preces Patris Fratris Francisci Mariæ
de Bononia Procuratoris Generalis Fratrum Minor. Religionis Observantia Sancti
Francisci benignè annuit, atque concessit, ut imposterum Religiosi universi
sui Ordinis utriusque sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitare possint, & va-
leant Officium S. Antonij Patavini semel in mense per annum die non impedita festo
novem lectionū, excepto tamē tēpore Advētus, Quadrag. & Vigil. Hac die 25. Nov. 1673

F. M. Episc. Portueñ. Card. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secr.

DIE XIX. OCTOBRIS.

In Festo S. Petri de Alcantara Cōfessoris Orainis Minorum. Cum Octava. Duplex secunda Classis.

A Sacra Rituum Congregatione recognitum, & approbatum.

A Fratribus, & Monialibus ejusdē Ordinis die 19. Octobris, & sequentibus recitandum.

In secundis Vesperis S. Lucae Evangelista secundum rubricas Breviarij Romani fit de S. Luca cum commemoratione S. Petri de Alcantara: At ubi celebratur festū S. Petri tanquam de Titulari, vel Patrono, Vesperae fiunt de S. Petro cum commemoratione S. Lucae.

AD VESPERAS

Antiphona.

Sanctus Petrus de torréte mortificationis in via bibit, propterea exaltavit caput in gloria. Psalm. Dixit Dominus: cum reliquis de Dominica & loco ultimi Psalmi, Laudate Dominum omnes gentes. *Añā.* Memor fuit testamenti Patris sui Francisci, Ecclesias, & domos pauperes edificavit. *Añā.* In omni angustia, & pressura paratum cor ejus sperate in Domino. *Añā.* A Solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini magnificavit.

Añā. Omnes gentes laudabant eum, & in conspectu Principum admirabilis fuit.

Capitulum. Phil. 3.

Fratres, imitatores mei estote, & observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.

Hymnus.

Petre Sol terris oriens Iberis,
Lucis ut spargas radios per Orbē.
Quas tuo læti canimus triumpho,
Suscipe laudes.

Per te antiquos renovata mores in
Clara Francisci soboles nitescit,
Crescit & virtus rediiva largo
Munere Coeli.

Omne, quod vitam maculat, perostus,
Mente constanti perēuntis ævi
Despicias pompam, precibusque
placas

Numinis iram.
Artubus castis nimium severus
Te fame, & diris crucias flagellis,
Sternis & noctu fatigata duro

Stipite membra.
Dignus hinc celsas habitare sedes,
Sæpe sublimis volitare in altum
Visus, & mundi fugiens tumultum,

Proximus astris.
Nunc preces audi, gemitusque nos-
tros,
Integros nobis sine labe mores,
Et tuos nostris animis salubres

Ingere sensus.
Annuat rerum Sator, & perenne
Sit decus Patri, Genitæque Proli,
Et tibi Flamen, Deus unus omni

Tempore sacri.
Amen.
V. Ora pro nobis Beate Petre.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

O Virum ineffabilem, qui vivens in carne, spiritu ambulavit, & nihil in terris desiderans, conversationem suam

suam semper in Cœlis habebat.

Oratio.
Deus qui B. Petrum Confessorē
 tuum admirabilis pœnitentiæ,
 & altissimæ contemplationis mune-
 re illustrare dignatus es, cōcede pro-
 pitius; ut eius suffragantibus meritis,
 carne mortificati cœlestium donorū
 participes fieri mereamur. Per Domi-
 num.

Invitatorum.
 A D M A T U T I N U M.

Regem gloriæ, qui humilem exalta-
 vit. Petrum; venite adoremus. *Psalm.*
 Venite exultemus.

Hymnus.

Petrum Parentis optimi
 Germen canamus inclytum,
 Qui pauperum paupertimus
 Extrema quæque pertulit.

Hic Christi amore fatigatus,
 Ut perditis succurreret,

Stupenda pœnitentiæ
 Exempla mundo præbuit.

Sitim, famemque sufferens,
 Et veste tectus hispida,

Quicquid luendum est noxijs,
 A se flagellis exigit.

Loris tevinctus ferreis
 Exangue corpus conficit,

Et singulis ex artibus
 Emanat unda sanguinis.

Dum flexo adorat poplite
 Crucis sacratum stipitem,

Cruce micat divinitus,
 Ipsumque splendor imbuat.

Decus Minorum fascipe
 Laudes, precesque supplicum,

Tuos ab alto mitius
 Pater Beate respice.

Sit laus Patri, sit Filio,

Tibique Sancte Spiritus,

Duc per Petri vestigia

Nos ad superna gaudia.

Amen.

In primo Nocturno.

Antiphona.
Petrus ob pœnitentiā aridæ ra-
 dici similis, secus decursus aqua-
 rum gratiæ plantatus, fructus dedit
 in tempore siccitatis. *Psalm.* Beatus vir, qui
 non abiit. *Ant.* Servivit Domino in
 timore, & exultavit ei cum tremore,
Psalm. Quare fremuerunt. *Ant.* Dor-
 mivit, & soporatus est, quia Domi-
 nus suscepit eum in oratione. *Psalm.*
 Domine quid multiplicati. *V.* Ama-
 vit eum Dominus, & ornavit eum.
R. Stulam gloriæ induit eum. Pater
 noster. *Absolutio.* Exaudi Dñs. *V.* Iube
 domne. *Benedict.* Benedictione per-
 petua.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad
 Philippenes.

Lectio 1. Cap. 3.

Frateres, quæ mihi fuerunt lucra,
 hæc arbitratus sū propter Chris-
 tum detrimenta. Verumtamen ex-
 istimo omnia detrimentum esse
 propter eminentē scientiā Iesu Chris-
 ti Domini mei: propter quem om-
 nia detrimentum feci, & arbitror, ut
 stercora, ut Christum lucrifaciam; &
 inveniar in illo non habens meam
 justitiam, quæ ex lege est, sed illam,
 quæ ex fide est Christi Iesu; quæ ex
 Deo est iustitia in fide ad cognoscē-
 dum illum, & virtutem resurrectio-
 nis eius, & societatem passionum il-
 lius; configuratus morti eius. Si quo-
 modo

modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis; non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo comprehensus sum à Christo Iesu.

R. Mortuus est Pater noster Seraphicus, & quasi non est mortuus, simileni enim sibi reliquit Petrum post se: * Quem constituit defensorem domus suæ.

V. Hic ambulavit per omnes vias Patris sui: non declinavit ad dexteram, sive ad sinistram: Quem constituit, *Benedict.* Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & siquid aliter sapitis, & hoc vobis Deus revelavit. Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus: & in eadē permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres, & observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos Crucis Christi; quorum finis interitus, quorum Deus venter est: & gloria in cōfusione ipsorum, qui terrena sapiunt: nostra autē cōversatio in Cœlis est: unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, cōfiguratum corpori claritatis suæ secundum operationē, qua etiam posuit subicere sibi omnia.

R. Ecce servus meus complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum: * Cum transferis per a-

quas tecum ero, & flumina non operient te. *v.* Honorabilis factus est in oculis Dei, & gloriosus cum transferis, *Benedict.* Spiritus Sancti gratia.

Lectio iij.

Cap. 4.

DE cetero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ; si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, audivistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum. Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando reflorivistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. Ego enim didici, in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare: (ubique & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati: Omnia possum in eo, qui me cōfortat. *R.* Noli timere servus meus, quem elegi, effundam spiritum meum super semen tuum: * Benedictionem meam super stirpem tuam. *v.* Germinans germinabit sicut lilius, eritque anima eorum quasi hortus irriguus. *Benedict.* Gloria Patri. Benedictionem.

In secundo Nocturno.

Antiphona.

Mirificavit Dominus Sanctum suum, & exaudivit eum clamantem ad se. *Psalm.* Cum invocarem. *Ant.* Exultabat in Deo spiritus eius; & ipse habitabat in eo. *Psalm.*

P 2

Ver-

Verba mea. *Ant.* Admirabile reddidit nomen tuum Domine in universa terra, & ideo constituisti eum super opera manuum tuarum. *Psalm.* Domine Dominus noster. *V.* Os iusti meditabitur sapientiam. *R.* Et lingua eius loquetur iudicium. Pater noster. *Absolutio.* Ipsius pietas. *Benedict.* Deus Pater Omnipotens.

Lectio iv.

Petrus natione Hispanus, nobilibus Parentibus Alcantaræ in Extremadura natus, ab ineunte ætate morum innocentia, & gravitate futuræ præbuit indicia sanctitatis. Vix sextum pueritiæ annum attigerat; cum orationi frequenter vacans, supernarum rerum contemplationi, attento sic animo adherere cœpit, ut in Deo totus absorptus interdum extra se raperetur. Provector deinceps ætate post studia, in quibus mire indies proficiebat, pijs misericordiæ operibus, carceribus, & infirmis visitandis, Ecclesijs, ac Religiosorum domibus perlustrandis, atque Millis devotè inserviendis tempus omne infamebat. Ab eo tempore atrox corpori suo tanquam insensissimo hosti bellum indicens præter cibi parcimoniam, atque a vino abstinentiam: oblevissimos defectus asperrimis illud flagellis macerabat. Quotidie sibi tanquam mortuo Psalmum, De profundis recitans, priusquam cubitum iret, animam suam Deo commendabat.

R. Minister Christi fuit in laboribus plurimis, in plagis supra modum, in igneibus sæpè, periculis fluminū,

periculis in solitudine.

* In ærumnis, in vigilijs, & in ieiunijs multis, in fame, & siti, in frigore, & nuditate. *V.* In omnibus exhibuit semetipsum, sicut Dei Ministrum in multa patientia. In ærumnis. *Bene.* Christus perpetuæ.

Lectio v.

Altioris perfectionis flamma succensus, Seraphicum strictioris disciplinæ Institutum sextodecimo ætatis suæ anno in nova Custodia Sancti Evangelij, sive Extremaduræ Fratrum Minorum Discalceatorum suscepit. Mox Novitiatus primordia tanto virtutis ardore arripuit, ut rigidissimæ poenitiæ orandi assiduitatem adjungens, provector etiam hoc studij genere in ea domo anteiret. Anno probationis feliciter expleto, ad altiora mortificationis, strictioris inopiæ, ac sublimioris contemplationis exercitia anhelabat. In occultorum custodia præcipuè enituit: Ecclesiæ, ac Cellæ (in qua per integrum annum commoratus fuerat) ex qua materia laquearia forent, nunquam observavit: & post exactum in Conventu triennium Fratres non ex vultu, sed ex solo cognoscebat auditu: quod etiam cum ad propinqua loca ex obediètia mitteretur, rigidè est provector. Silentium quoque puri cordis custodiam à principio ita coluit, ut per tres annos continuos quosdam in ore lapillos deferens, à verbis otiosis disceret abstinere.

R. Virtute multa præditus Sanctus Pater invictum ab oratione spi-

ritum

ritum non relaxabat: * Cum fructu operum proferens divinę Sapientię verba. v̄ Diebus, ac noctibus non cessabat à supernis colloquijs; & oratione. Cum fructu operum.

Bened. Ignem sui amoris.

Lectio vj.

Post plura Religionis ministeria, in quibus tanquam omnium novissimum sese exhibuit. Fratrum Præfectus constitutus, ipsorum, hospitumque pedes proprijs manibus lavabat; cum iisdem panem ostiatim emendicabat: & interdum inter cæmentarios opifices bajuli officio fungebatur. Infirmorum curam à Deo peculiariter sibi commissam dictitans, in subditorum necessitatibus sublevandis ita sollicitus erat: ut nobilium tamen virorum largitionibus persepe fræna injiceret, veritus ne cultus paupertatis à se unicę dilectus, eleemosynarum copia obrueretur. Quare Fratres his instructi exemplis, atque à salutaribus Sancti Viri monitis ad perfectioris vitę normam inflammati, nonnullis constitutionibus (quę arctioris disciplinę formam continebant) Petro admonente, sese ultro subjecerunt. Adijt quoque Vir Religionis zelo plenus Lusitanię Regnum: ubi arctissimę Arrabidorũ paupertatis initia adjuvit, atque provexit.

Et Cum introisset in hortum, in quo fixa erat Crux, expansis manibus orabat dicens. * Suscipe me, & salva me ò bona Crux.

v̄ Resplenduerunt montes ab ea, & nubes lucida obumbra vit caput ejus.

Suscipe me. Gloria Patri. Suscipe me.

IN III. NOCTURNO.

Antiphona.

Nullam concessit requiem corpori suo, ideo requiescit in monte sancto tuo.

Psal. Dñe qui habitabit.

Añ. Præventus est in benedictionibus dulcedinis, & lætificabit eum Dominus in gaudio cum vultu suo.

Psal. Dñe in virtute tua.

Añ. Innocens manibus, & mundo corde misericordiam accepit à Deo salutari suo.

Psal. Domini est terra.

v̄. Lex Dei ejus in corde ipsius.

R. Et non supplantabuntur gressus ejus. Pater noster. *absolutio.* A vinculis. *Bened.* Evangelica lectio.

Lectio S. Evangelij secundũ Lucam.

Lectio vij. *Caf.* 12.

In illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Et reliqua. Hom. S. Petri Chrysol. Episc.

De terrenorum cura despicienda.

Serm. 22.

Premia statuuntur his semper, quibus certamina dura proponuntur, ac pro magnitudine certaminis, præmij proponitur magnitudo. Hinc est, quod Discipulis suis Christus Regnum ponit in præmio: ut in certamine non cedant periculis, non timori. Pericula despicit, qui tendit ad Regnum: victorię cupidus nescit timere: Nolite timere (inquit) pusillus grex, quia complacuit

Patri vestro dare vobis Regnum: Grex pusillus mundo, magnus Deo; pusillus, quia gloriosos vocat eos, quos instituit ad ovium innocentiam, & mansuetudinem Christianam. Pusillus grex est, qui non de magno minuitur, sed crescit de pusillo; pusillus grex nascentis Ecclesie sic designat infantiam, quam venire ad Regni sui infulas incrementis celestibus mox promittit. *R.* In magna siccitate preces fudit ad Deum, & ecce Caeli contenebrati sunt, & facta est pluvia grandis. * Quis est hic, quia venit, & pluviae obediunt ei? *V.* Dum sacra mysteria in campo perageret, dixit, & stetit spiritus procellae: Quis est hic. *Bened.* Cujus festum colimus.

Lectio viij.

Adjecit quid faciendum sit regnatis: vendite, quae possidetis, date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in Coelo: Vendite, quae possidetis. Dejecte mentis est, qui familiaris rei meminit, cum vocatur ad Regnum; jacens animus plebeus nummulum thesauris regalibus anteponebat; pauper census parvis incubans perdit magna, & inhians temporalibus, deserit sempiterna. Vendite, inquit, quae possidetis. Homo tali monitu Christus te ditare voluit, non nudare; manere tibi tua voluit, non perire, perpetuari, non vacuari. sacculos imperavit, jussit te transferre, non perdere. *R.* Domine Iesu Christe, cui Sanctus Petrus adeo fideliter in vita sua servavit, ut in

tempore iracundiae fieret reconciliatio: * Exaudi propter eum preces nostras, & da nobis salutem animae, & corporis. *V.* Qui famulae tuae Theresiae dixisti, te semper in Petri nomine petentes exauditorum. Exaudi propter eum. Gloria Patri. Exaudi. *Bened.* Ad societatem.

Lectio ix.

Thesaurum non deficientem in Coelo, quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Plus consilio Patris agit, quam jure dominantis; inter insidias latronum, & tinearum morsus, quare tua recondens, objurgat: Pervigiles noctes, dies anxios, sollicita tempora, ne tibi ipse facias, commoneris: Auri custos, servator argenti, securitatem non habet, nescit quietem, & cui deest securitas, quies perit, poena dives est ille, non censu, Thesaurum non deficientem in Coelo: hoc est dicere: Ubi ego sum, ibi ponite; date mihi, ego servo. Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER
HORAS.*Antiphona.*

Mirabilis in Petro Dominus, cujus testimonia credibilia facta sunt nimis. *Psalm.* Dominus regnavit. *Cum reliquis Añ.* Potens opere, & sermone multiplicavit populum Dei, & oves pascuae ejus. *Añ.* Adhaesit anima mea post te, quia caro mea flagellata est pro te Deus meus. *Añ.* Charitate vulneratus, creaturas omnes Coeli, & terrae ad benedicendum Dominum provocabat. *Añ.* Ignis, grando, nix, glacies, spiri-

Spiritus procellarum faciebant verbum ejus.

Capitulum Phil. 3.

Fratres imitatores mei estote, & observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.

Hymnus

Hortus Minorum fertilis
Florem novellū germinat,
Odore qui gratissimo,

Mundi replevit ambitum.

Minis nitens virtutibus,

Signis fulget plurimis,

Terris, aquis, & ignibus,

Auræque nimbis imperat.

Ex fuste tellus arido

Invita fructus protulit:

Sanctis subacta gressibus

Iter dederunt flumina.

Delapsa nivē nubibus

Suspensa Coeli robore,

Cunctis stupendam sæculis

Paravit adem corpori.

Extinxit ignis impetum,

Agros rigavit imbribus,

Iejuna Fratrum corpora

Esca cibavit coelica.

Præsens adest absentibus,

Affert medelam languidis,

Casus futuros prospicit,

Motusque cordis detegit.

Patri simul cum Filio,

Sanctoque laus sit Flamini,

Qui nos ad Aulam Gloria

Petri precatu dirigat.

Amen.

V. Ora pro nobis B. Petre.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD BENEDICTUS.

Antiphona.

Beatus Petrus quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso fluentia gratia propinavit in populo, & accepit stolam gloria in consummatione virtutis.

Oratio.

Deus qui B. Petrum Confessorum tuum admirabilis penitentia, & altissima contemplationis munere illustrare dignatus es, concede propitius, ut ejus suffragantibus meritis, carne mortificati caelestium donorum participes fieri mereamur Per Dñm.

AD TERTIAM.

Antiphona.

Potens opere, & sermone. *Cap.* Fratres imitatores mei estote.

R. v. Amavit eum Dominus,

** & ornavit eum. Amavit. v. Stola*

lam gloria induit eum. Et ornavit

Gloria Patri. Amavit eum. Vers. Os

justi meditabitur sapientiam. & Et

lingua ejus loquetur judicium.

AD SEXTAM.

Antiphona.

Adhæsit anima mea.

Capitulum.

Phil. 4.

Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum.

R. v. Os justi meditabitur sapien-

riam. Os justi.

Vers. Et lingua ejus loquetur judi-

cium. Meditabitur. Gloria Patri. Os

justi. Vers. Lex Dei ejus in corde ip-

sus.

TE

Et non supplantabuntur gressus ejus.

AD NONAM. *Antiphona.*

Ignis grando.

Capitulum. Phil. 4.

SCIO & humiliati, scio, & abundare (ubique, & omnibus institutus sum) saciari, & esurire, & abundare; & penuriam pati. Omnia possum in eo, qui me confortat.

breve. Lex Dei ejus, * in corde ipsius. Lex &. Et non supplantabuntur gressus ejus. In corde. Gloria Patri. Lex Dei. &. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. &. Et ostendit illi Regnum Dei.

Ad Vesp. Antiphona. Psalm. Cap. Hymn. & Vers. ut in 1. esp.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.
O Sanctissima anima, in cujus transitu Cœli cives occurrunt, Angelorum chorus exultat, & gloriosa Trinitas invitat, dicens: mane nobiscum in æternum.

Oratio ut supra.

Die xx. Octobris.

Secunda die infra Octavam

S. PETRI.

In primo Nocturno Lectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Lect. jv.

AD majora Domino suo obsequia quia præstanda sentiens se ejusdem afflicti impelli, primævam sui Ordinis disciplinam propogare decrevit. Incredibile dictu quantas in hac re difficultates superaverit, insignioribus à domino prodigijs eo tempore illustratus. Ope igitur divi-

na, & auctoritate Apostolica instructus, primam novæ Reformationis Domum angustissimam, atque pauperrimam sub Immaculatae Conceptionis titulo prope Pedrosam ædificavit: in qua una cum paucis socijs mortificatus quidem corpore, sed spiritu vivificatus, austeram vitam ducens, Apostolicum Sancti Francisci spiritum renovavit. Hinc alios Conventus Paulo IV. annuente constituens, ijs additis qui se ejus obedientia submiserunt. S. Iosephi Provinciam fundavit, & mox transmissis in Regnum Valentia socijs, originem dedit Provinciae S. Ioannis Baptistæ. Quod deinceps asperimum vitæ institutum per varias Provincias dilatatum, ad Indias usque cum ingenti animarum fructu feliciter pertransivit.

breve. Minister Christi fuit.

Lectio v.

PLURIMUM quoque in promovenda Carmilitarum Reformatione, a S. Virgine Theresia incepta desudavit. Avilæ Episcopum, & primarios ejusdem Urbis Cives, extreme paupertatis, in novo Monasterio observanda erat, acerrimos contradictores sæpius pro illa admovit. Eidem Sanctæ in magna animi afflictione constitutæ, quamvis longè distitus, mirabiliter præsens adfuit, atque difficultates omnes in sui foundatione, quamprimum dissolvendas fore significavit. Digna quoque eadem fuit semel eum in aera sublatus intueri: à Domino edocta, quod nihil omnino in nomine

mīne servi ejus quisquam peteret, quod Divina misericordia promptē non exaudiret. Ad illius preces confugere solita, ejusdem S. Viri meritorum efficaciam semper se expertam fuisse testabatur. Ideoque eum adhuc viventem Sancti nomine sæpius appellare consuevit.

℞. Virtute multa.

Lectio jr.

NEquē ad tam præclarum cœlestis doctrinæ Magistrū, Sancti dumtaxat Viri ac pietate celebres; verūm etiam sæculi quoque Principes, ac Præsules certatim ipsum audituri confugiebāt. Primarij Aulæ Proceres, ac Duces prope ejus Monasteria domos conducebant, tanquam ejus vicinia tuti essent, solaque tanti hominis præsentia munirentur. Carolus V. Imperator, Reges quoque Lusitaniæ sæpius eū advocātes de gravissimis cum eo negotijs conferebant; quorum nihilominus honores, & munificentiam verus humilitatis amator suavissimē declinare studebat. Hinc etiam prædicti Imperatoris, & Ioannæ Austriacæ, Sororis Phillipi II. Regis Catholici, Confessarij munus prudenter recusavit. Sæpē etiam relictis nobilioribus pueris, ac pauperibus blandē associatus, animi elationem castigabat.

℞. Cum introisset.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evang. Secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri ve-

stro dare vobis Regnum. Et reliqua.

Hom. S. Petri Crisost. Episc.

De terrenorum cura despicienda.

Serm. 22.

SI in hac vita, qua peregrini sumus, & modicum vivimus, temporalem esse pauperem dolet, tristat in honorum esse; quale est in perpetua Patria inter æternos cives de contemptu dolorē, de ignobilitate poenam, de nuditate opprobrium sustinere, & tunc addici poenis, quando alij promoventur ad Regnū? Quando pauper ducitur ad confessum Dei, & dives trahitur ad consortium punitorum? Heu quam lamentandæ vices! Quando desperati penes homines, possidebunt spem Divinam, & humanis bonis præditi, bonis cœlestibus fraudabuntur.

℞. In magna siccitate.

Lectio viij.

HOc facit thesaurus, qui cor hominis, aut per eleemosynam levat ad Cœlum, aut per avaritiam demergit in terram, & ideo dixit: ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. Homo mitte, & præmitte thesaurum tuum in Cœlos, ne cœlestem animam demergas in terram. Aurum de profundo terræ, anima ab excelsis Cœlis; melius proinde est ad sedem animæ deferri aurum, quam in sepulchro aurum demergatur. Exutos ergo totis divitiarum curis, & jam per omnia expeditos, militare sibi in saculo jubet, quos regnare donavit in Cœlo. ℞. Domine.

Q

Lectio

Leclio jx. Serm. 23.

O Bonitas effusa, o inaudita pietas, o ineffabilis affectio, in societate census: Pastor oves assumit, atque ad consortium Dominationis servos Dominus adsciscit, ad participatum Regni Rex gregem Populi totius admittit. Sic dat, cui deficere census non potest largiendo. Providenter autem coepit Dominus dicendo, nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum: promissionem Regni sine timore servilis status audire non sufficit, quia qui libertate vix dignus est, capere non valet infulas Principatus. Dominus ergo servorum mentes tali voce confirmat, ne eos repentinus promissi Regni prosterнат auditus.

Te Deum laudamus.

Die xxj. Octobris.

Tertia die infra Oct. S. PETRI.

*In primo Nocturno Lectiones de Scriptura
occurrente.*

In secundo Nocturno Leclio jv.

O Maium virtutum custos, & ipendor, humilitas, tam copiosa famulum Dei ubertate repleverat; ut propria aestimatione nihil sibi videretur, nisi peccator: ab alijs speculum magnae sanctitatis habitus: ipse se inutilem servum in domo Dei proficiebatur. Profusa Principum erga se obsequia ingeniosa humilitate deludens, versicolores panniculos, e caeno in via publica extrahens tunicae assuebat: ut sic se Aulicis deridendum praerberet. In quocumque opere ineptiora instrumē-

ta eligere: in horto effodiendae terrae, atque aliunde asportandae incumbere, vilissima quaeque Coenobij officia obire: ligna scindere, eaque proprijs humeris asportare pro more habebat. Tandem Seraphici Institutoris exemplum secutus, propriae voluntatis sensum etiam in rebus gravioribus quae Reformationis regimen tangebant, alienae opinioni submittere summopere gaudebat.

Minister Christi fuit.

Leclio v.

Ex temae paupertatis servandae studiosissimus primae vae ejus observantiam Ordini restituere totis viribus adlaboravit. Coenobia ad angustiores formam aedificari, cellas tam arctas construi mandavit; ut sepulturae speciem potius, quam humanae habitationis praese ferre viderentur. Claves conventuum Patronis proprijs quotannis resignare, Fratribus praecipit; ut nullum super ipsos habere dominium intelligerentur: tunica, qua sola dives erat, omnium vilissima operiebatur, ita ut morti proximus aliam deteriorē, quam enixē petebat, invenire non potuerit: novam nunquam gestavit, calceamentis neque infirmus uti voluit. Egere se etiam necessarijs summē latabatur, dicere solitus: minimē pauperis nomine dignum esse, cui necessaria quandoque non deessent. Aliquando à docto, ac religioso quodam viro interrogatus, quare habitu deposito nudus consisteret: manu tunicam ex arbore pendentem (ut siccaretur) indicans respondit:

dit: Pater si quidquam in hoc culpa est, eam Evangelio potius adscribe, quod nos unica tantum tunica contentos esse praescripsit.

R. Virtute multas

Lectio v.

Virginitatem summo animi ardore colens, a primæva ætate illibatam servavit. Per multos annos charitatis, aut necessitatis quacunq; occasione sceminas alloquens, in alicujus faciem oculos nunquam convertit: imo neque earum vestes, vel leviter conspexit: quam cautelam fratribus suis sedulo commendabat. Cum interdum carnis stimulis, fædisque cogitationibus vexaretur, coram Crucifici imagine in genua provolutus, divinam pietatē ita deprecari auditus fuit: Ergo ne Deus meus, dum corpus tuum virginale tot cruciatuum doloribus angitur, ego in meo corpore voluptates, & oblectamenta permitram? Ad quæ verba omnis immunda cogitatio extemplo evanescebat: interim ardētiori servandæ puritatis æstu inflammatum, propinquo stagno se immergebat, ut sic omnes libidinis igniculos extingueret. In ultimo mortis agone, cum quidam ex socijs pro eo operiendo leviter ipsum manu tetigisset, generosè respondit: ne me tan gas fili, adhuc enim in periculo versor.

R. Cum introisset.

IN III. NOCTURNO.

Lect. S. Evangelij secundū Lucam,

Lectio vij. Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus

grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Et reliqua. Homil. S. Petri Chrysol. Episc.

De terrenorum cura despicienda.

Serm. 23.

Regnum velle servum, crimen est, adire periculum, temeritas non timere: Sed hoc ad Christum quantum est? Aut quam mirum, quod dat suis Regnum, quod sibi servos facit in Dominatione confortes, qui servorum pedes lavat; ut extrema servis serviat servitute. Veniant huc, veniant, qui discutiunt potestatem ejus, & tunc de ejus qualitate contendant, cum potuerint tantam capere, loqui, æstimare pietatem: nec jam calumniemur, si se in nostro corpore Patre minorem dicat, qui non dicto, sed facto cum pedes lavat servorum, se subdidit, & subjecit pedibus servulorum.

R. In magna ficitate,

Lectio viij.

Sed ad cœpta redeamus: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Ecce qui dat, dare loquitur Patrem: nunquid largitatem suam denegat, sic dicendo: absit, non potestatem minuit, sed pandit effectum sic dicendo: non distantiam facit, sed Patris, suam que voluntatem monstrat, firmat unitatem. Quod autem dixit, complacuit, & non dixit placuit, munus edocet Trinitatis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Post tantam ergo Dominus largitatem, post suam gratiam tibi

copiosius collatam, abjecti, & vilia peculia servitutis jubet abjicere regnaturum.

R. Domine Iesu Christe.

Nona Lectio legitur de S. Hilarione Abbate, & commemoratio in Laud.

Die xxij. Octobris.

Quarta die infra Oct. S. PETRI.

In primo Nocturno lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

Mira contra calumnias patientia, & in adversis constantia à Deo insignitus fuit: saepe non verbis tantum, sed & verberibus impetitus, in Coelum oculos attollens pro persequentibus, & calumniantibus exorabat. In gravissimis contumelijs sibi illatis sepe ad Deum conversus tunc verè se cognitum, ac rectè contra homines insurgere, prout merebatur, dictabat. Atrocem pertinacis mulleris injuriam, & injectam capiti vulnus non modo patientissimè toleravit, verùm etiam flexis coram ea genibus culpam, quam nō patrarat, humillimè deprecatus est. Eiusdem constantiae virtus in tolerandis infirmitatibus præcipuè enituit, iisdem quasi continuo afflictus remedia, vix ab obedientia coactus, ijs adhiberi permisit. Cum pedes in saxa, caput ad portarum limina offenderet, rosas esse pœnas illas, & nihil omninò ex eis se commoveri, constanter respondebat. Tam admiranda hujus tolerantiae exempla fuere, ut jurati testes in processu Canonisationis deposuerint, vix def-

cribi omnia posse, quæ S. Vir pro amore Christi patienter sustinuit. R. Minister Christi fuit.

Lectio v.

Pœnitentiæ admirabile portentum mundo apparens, assiduū abstinentiæ rigorem strictissimè servavit, pane solum duro contentus: cui diebus festis herbas, & legumina sine condimento edebat, & interdum cinere, & absynthij amaritudine saporem alterabat. Tres, atque etiam octo dies sine cibo, dulciori orationis pabulo refectus, transegit: nusquam vino usus, vix aquam ad satietatem degustabat. Per horam tantum, & dimidiam somno indulgens, numquam membra extensa ad quietem composuit, sed ligno parieti infixò caput leviter inclinando, velut infensum hostem somnum fugabat. Asperrimis flagellis bis noctu usque ad sanguinis effusionem corpus affligebat, adeo ut ad eorum strepitum, alij expergefacti exhorrescerent. Bracteam ferream viginti annis corpori inhærentem, teste S. Theresia, quæ ob carnis nimiam extenuationem, & maciem, aridis arborum radicibus eum comparavit.

R. Virtute multa.

Lectio v.

APlanta pedis usque ad verticem capitis, nulla in ejus corpore sanitas apparebat. Pedes nudi aut spinarum, aut saxorum offendiculis quotidie sauciabantur: iisque sanandis, unguenta admitti non sinebat. Caput nunquam obtegere solitus, aut Solis æstu adustum, aut gelu,

lu, niveque aspersum habebat: adeo ut crines, & supercilia frigore concreta evellere opus esset. Medius inter portam, & fenestram, aeris inclementiam hyemali tempore in genua procumbens excipiebat, donec totus obriguisset. Interdum habitu deposito piscinæ gelu concretæ sese immergebat. Cujus admirandæ austeritatis vestigijs ejus socij adhærentes, eo animi ardore tam immanibus afflictionibus corpus suum macerabant; ut illo spectaculo Urbium cives plurimum atterriti, ad Monasteria convolarent, eos enixè deprecantes, ut à tanto rigore sibi parcerent.

ꝫ. Cum introisset.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelij secundū Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Et reliqua. Hom. S. Petri Chrysol. Episc.

De terrenorum cura despicienda.

Serm. 23.

PLebeium cultum Regia non admittit potestas, augustus honor non nisi diademate confertur, & purpura: abjicere ergo debet habitum servitutis, qui se Regem credit divinitus consecratum. Hinc est quod Rex supremus illum, quicū indigna veste Majestatis ejus ausus est intrare convivium, ligari, præcipitari, detrudi in tenebras jussit exteriores: quia deformitas invitati ad invitantis redundat injuriam. Pecunia

quoque pristinae liberatis jam divitijs, jam Regijs ditatus opibus qui reservat, captivus miseria se nescit esse foelicem.

ꝫ. In magna siccitate.

Lectio viij.

Est consuetudinis, est animi foelicis, ut adscitus ad Regnum, quod fuit proprium, quod privatum mox parentibus, mox propinquis civibus indigentibus liberaliter prorogare; ne sit mendicus animo, qui censu forte auctus est, & honore. Tali ergo providentia Dominus, consilio tali vilia, & caduca suadet, ut vedamus: ut largiamur, ut donemus, qui in cœlesti Regno omnia, quæ in Cœlo, & quæ in terra sunt, volumus possidere: sed si vis servare tuorum prædia prædiorum, & sæculorum forte condita te delectant, fac tibi sacculos, quales ille præcipit, qui jã cupiditatis tuæ custos est, & provisor. ꝫ. Dñe Iesu Christe.

Lectio ix.

DEnique ut vidit, quod duriter dixit, vendite, quæ possidetis, mox adjecit, facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in Cœlis. Iterum contristatus est, quia quod habes, in Cœlis cogis collocare: rogo credere Deo tuo, qui servo credis, & magis Deo, quàm homini commenda, sed si times, nec quid inde dispergat pietas largitoris, signa fidei annulo sacculos tuos, ut tali custode dormias tu securus, quia ubi ille est, ibi locus nullus est furi. Non poterit tibi tuam pecuniam denegare, qui tibi omnia

Q3

sua

sua contulit, qui te Regni sui, & honore ditavit, & gloria.

Te Deum laudamus.

Die xxvij. Octobris.

Quinta die infra Oct. S. PETRI.

Fit de B. Ioanne Capistrano: Duplex. Cum commemoratio Octava.

Die xxv. Octobris.

Sexta die infra Oct. S. PETRI.

In primo Nocturno Lectione: de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Lectio jv.

Regina virtutum charitas adeo Sancti Viri cor repleverat, ac penetraverat: ut vocem, qua Dei amor exprimeretur, audire vix unquam posset sine cordis immutatione suavi ejusdem charitatis incendio exardescens, nec cellæ angustijs retineri, nec cordis anxietates pati sufficiens, in campos, & hortos properabat, ut aeris refrigerio æstum temperaret. A Christi præsentia diutiùs abesse non sustinens, ab horto subito impetu raptus per aera sæpius coram Altari se sistebat. Quoties de hoc divino amore in privatis colloquijs; vel in concionibus sermonem instituebat, verba tam fervida, ac ignita erant: ut audientes ad devotionem mirè inflammarentur, ac ipse sensibus omnino destitutus, coram ipsis in dulcissima extasi suspendebatur. Cuidam eum interroganti, quare oculos ferè nunquam attolleret? Respondit: qui Deum suum in corde gerit, omnia visibilia contemnit. **R.** Minister Christi fuit,

Lectione v.

Hæc autem charitas non solū ipsum per devotionem, sicut agēbat in Deum, & per compassionem transformabat in Christum: verū etiam per condescensionem ad proximum inclinabat. Difficilima præsepè itinera arripiebat, ut Civium, familiariumque suorum animos reconciliaret. Constitutis in aliqua gravi tribulatione etiam per miraculum apparens eosdem consolabatur. Erga Cœnobij sui ægrotos, peculiaris sollicitudinis officia, quamvis humillima, exercebat: alijsque in necessitate publica laborantibus succurrebat: ad Monasterij portam mendicis ministrare, quin etiam eorum capita, & membra sordida abluere, indumenta resarcire, ac lavare, pleraque alia charitatis officia illis exhibere frequentius consuevit. De alienis factis Fratres suos judicare, aut censoris munus agere nunquam permisit: neque eos, qui de suæ Reformationis contradictoribus conquerebantur, audire volebat: sed eos hortabatur, ut pro illis tanquam pro benefactoribus divinam clementiam implorarent.

R. Virtute multa.

Lectione vj.

Mirabilis Apostolicus hic penitentiae Præco, potens opere, & sermone fructus retulit pro animarum salute; sacrum dumtaxat Codicem deferens, ex quo suæ prædicationis argumenta unicè depromebat. Nec tantum verbi Dei efficaciam, sed & proprii vultus pallore obstinata corda hominum ad Dei amorem

amorem convertebat: sollicitus eligere motiva sermonum aspera, atq; in vitijs reprehendendis vehementiora, quibus ex Redemptionis nostrae memoria lenimenta suaviora abduceret. In sacrarum literarum profunda intelligentia, atque in difficillimis Theologiae locis explicandis, singularis ejus scientiae donum illuxit: quod experimento comprobant nonnulli Viri docti, qui antea ejus famam parvi pendebat. Exinde factum est, ut in pluribus saecularium domibus, eo duce nova oratoria aperirentur, in quibus assiduae preces, de rebus divinis colloquia miscerentur. Inde mirus animarum profectus in ijs Regionibus dimanavit.

R. Cum introisset.

IN III. NOCTURNO.

Leet. S. Evang. Secundum Lucam.

Leetio vij. Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Et reliqua.

Homil. S. Petri Chrysol. Episc.

De terrenorum cura despicienda.

Serm. 25.

Hodie Dominus Evangelici gregis pusilla, & tenera primordia, quam blanda exhortatione fit consolatus, audistis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Aufert spes anxias, dubio tollit eventus, omnemque propellit, & excludit timorem, quando in exordio ipso Regnum nascentibus pollicetur: quoniam complacuit Patri

vestro dare vobis Regnum. Quis de victu, quis de vestitu, quis de plebeo censu, & verbalis cespitis utilitate suspirat? De regno certus, de dominatione securus satis sibi invidet, qui elevatus ad summa, ipse se ad humilia dejicit, ad egena deponit. R. In magna ficitate.

Leetio viij.

Sed scire convenit, Pater iste quis est, vel qualis est, vel quod Regnum filijs suis repromittit. Quis sit iste Pater, quotidie te confitente cognoscis, cum clamas: Pater noster, qui es in Caelis: qualis autem sit, ipsa operum magnitudine pervidisti, Ex nihilo fecit Caelum, terram solidavit ex liquido, montes statuit ad stateram, maria intra legitimos terminos sola praeccepti auctoritate conclusit. Verum si Regni quod promittit pusillis, desideras noscere qualitatem, ipse aperit, sic dicendo: Sinite parvulos venire ad me, talium est enim Regnum Caelorum.

R. Domine Iesu Christe.

Leetio ix.

Esse in Caelo mirum est, in Caelo vivere est Majestatis: jam regnare in Caelo quanti sit, sensus definit aestimare mortalis, & tamen homo quod aestimare non potest, percepisti, Apostolo sic dicente: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus diligentibus se? Et quod te mereri dubitas, habere te, & possidere, jam cegeris confiteri. Quid ergo cum terra illi, qui possidet Caelum

Coelum? Quid illi cum humanis, qui adeptus est jam divina? Nisi forte placent gemitus, eliguntur labores: amantur pericula, pessima mors delectat, & illata mala, bonis sunt gratiora collatis.

Te Deum laudamus.

Die xxv. Octobris.

Septima die infra Oct. S. PETRI.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

Asfiduo altissimæ contemplationis pabulo refectus, præclarum de oratione Tractatum propria experientia, & Dei illapsu edoctus conscripsit. Singulari devotionis reverentia venerabile Eucharistiæ Sacramentum profecutus eo spiritus ardore sacrum Mysterium peragebat: ut plures ejus celebratione magis ad pietatem, dum persæpè in extasim raperetur, quàm aliorum sermonibus se commotos fuisse profiterentur. Hanc devotionem Dominicæ Passionis meditatione summo peré fovebat, pro qua ubique, & præcipuè in locis eminentioribus Cruces erigi curavit, ut ad bajulandam Christi Crucem invitaret, animaretque. In conventu Pedrosi, Calvarij quandam imaginem ad vivum exprimi fecit: ubi persæpè ante Crucem brachijs expansis juxta morem ferventer orans totus in eum transformabatur, cum quo crucifigi ardentissimè cupiebat.

ꝫ. Minister Christi fuit.

Lectio v.

Acceffit ad hanc altissimi spiritus unionem, mira ejusdem corporis elevatio; dum in Choro orans, & in Dei contemplatione absorptus, aliquando usque ad laquearia spiritus ardore: sæpè ad radices arborum in genua provolutus, supremos ramos, velut avis volando contingeret; in itineribus contemplationi intentus, multis à solo palmis elevari à viatoribus visus fuit. Semel Crucem in horto Pedrosi devotis oculis contemplans sursum ferri, & in aere coram ipsa suspendi: lucidissimos quoque ex oculis radios in eandem Crucem emittentem, candidamque nubem caput ejus circundantem, totam insuper viciniam eo splendore illustratam obstupescens Fratres conspexerunt. Non semel Christi Salvatoris præsentia perfrui promeruit: Virgo quoque Deipara se ei visendam exhibuit, & S. Franciscus, alijq; Spiritus cœlestes cum concive suo familiariter colloquebantur.

ꝫ. Virtute multa.

Lectio vj.

Prophetiæ dono illustris, quæ ventura erant, prænuntiabat. Quemdam adolescentem benedictionem suam enixè efflagitantem, cum ab Urbe quàmprimum recedere decrevisset, de gravi discrimine, quod illi imminerebat, in hæreticam scilicet quamdam opinionem incidendi, præmonuit. Scholarem alium respiciens, mundo quàmprimum renuntiaturum, sacrumque Religio-

nis habitum suscepturum divinitus agnovit. Eodem supremo lumine intima conscientiarum scrutabatur, ac miraculosè (cum longè distaret) pœnitentibus suis interdum se se visendum præstabat, dulciq̃ colloquio inquietos eorum animos sedabat. Infusâ hanc Sancto Viro divinatorum cognitione comprobavit Deus in admiranda illa novi syderis apparatione, cum ipse Urbem Avilam ad consolandam Sanctam Theresiam primum accessisset: & in cãdidissimè illius columbæ visione, quæ caput ejus circumvolitans, humeroque deinde residens rostrû auri immisit, quasi cœlestem ei doctrinam dictare monstrasset.

℞. Cum introisset.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evang. Secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Et reliqua.

Hom. S. Petri Chrysol. Episc.

De terrenorum cura despicienda.

Serm. 22.

VIdeamus, quod dat Pater tantus, consilium regnataris. Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam: si victuros vos, si regnataros, si vos jam divites esse creditis in supernis, ubi futuri, quò migraturi, ubi regnaturi estis vos, illa, quæ vestra sunt, jam præcedant, opes miseras cum misericordia commutate, quæ humana sunt, in divina convertite. Et ne cui forsan deesset evi-

ctio ad portanda illa, quæ dimittitis, angariatus est pauper: ferunt pauperes onera nostra, & volentes ferunt, quia tali non deprimuntur pondere, sed levantur.

℞. In magna ficitate. *Lectio viij.*

ECce docet avaritiam, qui cœperat suadete contemptum. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt: & qui thesaurizantes temporaliter arguebat, ad totum cupiditatis fomittem jubet sacculos sine fine perquiri. Christe, quo te pertrahit amor tuorum? Ut avarum lucrifacias, facis eum, quod desiderat: non quod oportet audire, sacculos imperas, æternos thesauros, qui non deficiât, vis parari; ut avarus, dum consueta percurrit ad lucra, aut virtutem capiat, aut à virtute capiatur, verè Pater es, qui cum tuis quibuscunque parvulis sic agis.

℞. Domine Iesu Christe.

Nona Lectio legitur de Sanctis M. Chrysantho, & Daria cum commemoratione in Lavibus.

Die xxvj. Octobris.

Octava S. PETRI. Duplex.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno Lectio jv.

Confirmavit quoque Deus insignem servi sui sanctitatem innumeris miraculis. Aliquando nives é Cœlo decedentes, mirabiliter in aere suspensæ in modum testudinis tectum quoddam ei efformarunt, sub quo noctis, ac tempestatis incômoda securior evasit. Dum sacra in-

R

terdum

terdum in aperto campo perageret, solum illud loci spatium (ubi Populus Misæ præsens erat) nec aquæ quidem gutta, nec venti minima vis attingere ausa fuit. Alias pluvia de Cælo cadente siccis vestibibus per publicas vias incellit: in magna siccitate precibus suis copiosum à Deo imbrem obtinuit. Baculum suum, ut Fratrum occurreret necessitati, devotè terræ insigens, mox divina virtute fructiferum reddidit: rapidos fluvios siccis pedibus pluries pertransivit. Accensum ignem in quodam Conventu per flammâs ipsas innoxius incedens sine mora extinxit. Sicque sanctificatis Viri sancti sensibus omnia elemèta obsequium præstiterunt. *¶* Minister Christi fuit.

Lectio v.

Plures gravi morbo laborantes à mortis discrimine revocavit. Demersum in puteo infantem, corda qua cingebatur, in eum locum demissa mirabiliter extraxit. Mulieris oculos luce orbatos leviter tangens, data ei benedictione, protinus illuminavit. Iter faciens sæpius socijs lassitudine confectis compatiens, opportunam eis escam, & aquæ fontem à Deo impetravit. Fœminâ quandam à Dæmone per multum temporis deceptam de prava illa consuetudine, quam cum maligno tentatore ignoranter habuerat, commonefecit; atque audita ejus confessione eam, pluresque alios vexatos à spiritibus immundis liberavit. Hinc maximus Populorum ad eum fiebat concursus, ipsumque tanquam

hominem a Deo missum, novumque Apostolum acclamabant.

¶ Virtute multa. *Lectio vj.*

Tandem post multos labores, ac diuturnas infirmitates, quas semper constanti pertulit animo, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, cum annum sexagesimum tertium perageret, Arenis gravi morbo decumbens, Fratres suos ad paupertatis extremæ cultum obnoxie cohortatus est. A Deipara, & a S. Ioanne Evangelista visitari, atque ab ipsa Augustissima Trinitate sibi in maxima claritate apparente ad cœlestes nuptias invitari pro meruit. Demum Psalmo Latatus sum in his, quæ dicta sūt mihi, in domum Domini ibimus, cum ingenti cordis exultatione recitato: paulò post humi in genua procumbens ea, quam prædixerat, hora in Domino sanctè obdormivit. Eodem tempore S. Iheresiæ magno splendore coruscans apparuit, seque ad requiè pergere, & fœlicem esse poenitentiam, quæ tãtam sibi promeruerat gloriam, indicavit. Ejus corpus in Ecclesia Fratrum Discalceatorum S. Francisci Arenis depositum singulari populorum veneratione invisitur. Tandem plurimis fulgentem miraculis Glemès Papa IX. anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo nono in Sanctorum numerum retulit. *¶* Cum introisset.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelij secundū Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Iesus Discipulis

cupulis suis : Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Et reliqua. Hom. S. Petri Chrysol. Episc.

De terrenorum cura despicienda.

Serm. 25.

Domine tu vidisti, quia in thesauris tota fides, tota spes in sacculis sit avaris, & ideo in putribiles in Cœlo sacculos vis parari, ut qui te non sequitur ad Cœlū, sequatur saltem sacculos suos. Avare, fac tibi sacculos, & fac jubete Deo, quia votis tuis annuit divina Majestas: sed fac tibi sacculos erogādo, quia quidquid pauper acceperit, Pater cœlestis suscipit, & ubi recondit? in Cœlo. Et ne forte perdidisse te doleas, vel usuram centuplum in cœlesti scenore recipies, quidquid in Cœlum paupere transmiseris perferente.

ꝫ. Id magna siccitate. *Lectio viij.*

VSura mundi centum ad unum, Deus unum accipit ad centū: tamen homines cū Deo nolunt habere contractū. Sunt forsitan de catione solliciti, Quare? Nonne homo homini exiguae chartulae obligatione constringitur? Deus tot, & tantis voluminibus cavet, & debitor nō tenetur? Sed dicis, est o quod debitor, quo exigente restituet? Se ipso: quia non potest ille mētri, idem ipse est, & executor, & debitor. Non erit in reddendo durus, qui profusus est in largiendo: crede homo Deo, quod tibi Deus de lit, maiora reddere vult, cum vult debere largitor.

ꝫ. Dñe Iesu Christe.

Non. Lectio legitur de S. Evaristo Pa-

pa, & Mart. cum commemoratione in Laudibus.

DIE XXVIII. APRILIS.

In Festo Translationis S. Petri de Alcantara Confessoris Ordinis Minorū. Duplex. A Sacra Rituum Congregatione recognitum, & approbatum.

A Fratru, & Monialium ejusdem Ordinis die 28. Aprilis recitanda.

Omnia sicut in die Festo ipsius præter ea, quæ sequuntur.

In primis Vesperis Ad Magnificat Antiphona.

Respexit Deus Petrū in bono, erexit illum, & exaltavit in gloria: convertit planctum ejus in gaudiū, cōcidit saccum ipsius, & circumdedit eū latitia Alleluia.

Oratio.

DEus, qui animā Beati Petri Confessoris tui charismatum donis, & corpus crucis mortificatione decorasti: concede precibus nostris, ut qui ejus recolimus Trāslationis memoriam, virtutum quoq; imitemur exempla. Per Dominum.

Lectioes i. Nocturni.

Fratres, quæ mihi fuerunt lucra, &c. *ut in die festo.*

Lectio jv.

Postquam Sanctus Petrus de Alcantara flexis genibus animā Deo reddidit, facies ejus, quæ Solis ardore semivista colorem subnigrum contraxerat, statim candida, & venusta facta est: oculi, quos vigil modestia demissos, clausos vè semper custodierat non solum aperti, sed, & in altum defixi, & splendentes conspecti sunt: totum denique cor-

bus

pus, quod continuis afflictationibus attritum, arborum radicibus simile videbatur, molle, & tractabile, suavemque spirans odorem, cunctis obstupescētib; signa, & prodigia edidit. Eadem verò, qua obierat, hora spiritus ejus à B. Theresia visus est impertrāsito Purgatorio recta ad cælum conscendere, ac postea sæpe se eidem maximæ gloriæ fulgoribus coruscantem manifestans, multis in rebus consilio juvit, & valde consolatam reliquit.

Lectio v.

VT mortis ejus fama percrebuit, ad sacri corporis aspectū frequens Populi multitudo accurrit, & quilibet Sācti Viri merita certatim extollebat, miracula narrabat, & beneficia per eum accepta prædicabat. Inter hæc autē præcipua fuerūt, & apostolica auctoritate approbata, quorundā cōclamata salus protinus restituta: fracta, & contracta crura repente sanata: variæ infirmitates in instāti depulsæ; surdis, claudis, cæcis sensuum, membrorumq; reddita incolumitas. Quæ quidē miracula ad tumultū Viri Sancti mirabilis Deus in Sāctis suis operari dignatus est, ut quanti meriti esset, toti Ecclesiæ innotesceret.

Lectio vj.

CUM igitur ad Sācti Viri tumultū concursus fieret, Religiosi Conventus Arenarū de Abulensis

Episcopi licentia corpus ejus exhumarūt, illudq; in arca velis in volutum sericis parieti incluserūt. Cumq; cresceret indies una cū miraculis Populorū cōcurfus, facta de his omnibus ad Sedem Apostolicā relatione, Abulēsis Antistes, præsetibus quibusdam Hispaniæ Magnatibus, arcā reverenter aperuit, sacrumq; depositū veneratus, & cælesti fragātia, quā exhalabat, exterius, interiusq; recreatus, illud ex privato sepulchro in novam capellā à se dicatam solenniter transtulit. Demū Clemens Nonus Dominica in Albis anni millesimi sexcentissimi sexagesimi noni Beatum Petrum in Sanctorum numerū retulit: Clemēs verò Decimus præfatæ Translationis festum die vigesima octava Aprilis, in quam eadem Canonizatio incidere celebrari quotannis ad instantiam Caroli Secundi Regis Catholici benigne concessit.

Ad Benedictus Antiph.

Post vitæ sanctæ terminum anima cælos scādit, & corpus multis miraculis resplendet: O felix pœnitentia, quæ tantū consecuta es præmiū. Alleluia.

In secundis Vesperis.

Ad Magnificat Antiph.

Festivum gemino triūpho diem colimus: hodie Petri anima Sanctorū fastis solenniter adscriptā est: hodie Beati Corporis gloriosa Translatio pijs affectibus celebratur. Alleluia.

F I N I S.

LETTERA PROPTIA
SACRORUM SANCTORUM AD
SACRUM ORDINEM MINISTRORUM



QUA CLEMENS X
SACRORUM SANCTORUM AD
SACRUM ORDINEM MINISTRORUM
CONSTITUIT

IN VITIS SACRORUM SANCTORUM AD
SACRUM ORDINEM MINISTRORUM

129
OFFICIA PROPIA

FESTORVM SANCTORVM AD
usum Ordinis Minorum.



QUÆ CLEMENS X.

Pontifex Maximus tam pro fratribus
quam Monialibus ejusdem Ordinis
Concessit.

ULYSIPONE. *Superiorum permissu.* Ex Prælo Antonij Craesbeeck &
Mello, Serenissimi Principis Typographi, Anno Domini 1681.

OFFICIA PROPIA

FESTORVM SANCTORVM AD

rum Ordinis Minorum



QUE CLEMENS X

Pontifex Maximus tam pro statibus
quam Monialibus ejusdem Ordinis
Concessit.

ULYSIPONE. superiorum peritiss. Ex Picta Antoni Giesbeck
Mello, sexagesimo Principis Typographi Anno Domini 1681.



KALENDARIVM FESTORVM SANCTORVM AD usum Ordinis Minorum.

FEBRUARIUS.

- 3 **S** Ant. Ludovica Vidua Duplex pagina. 1.
6 S. Agatha Virg. & Mart. Duplex pag. 1.
9 S. Apolonia Virg. & Mart. Duplex pag. 1.

MARTIUS.

- 6 S. Coleta Virg. Duplex maius pag. 2.
8 S. Rosa Viterbienf. Virg. Duplex pag. 3.
9 S. Catharina Virg. Bononiensis Duplex maius addita in ult.
loc. hujus Codicis.

APRILIS.

- 28 Translatio S. Petri de Alcantara Duplex pag. 5.
* S. Raphael Archang. Duplex minus ad libitum Dominica
tertia post Pascha pag. 6.
* Translatio S. Didaci Conf. Duplex. fer. 2. post Dominic. 5.
post Pascha pag. 14.

JULIUS.

- 4 S. Elisabeth Vid. Reg. Port. Duplex maius pag. 16.
9 S. Nicolaus & Soc. mart. Duplex 2. clas. pag. 21.
20 S. Margarita Virg. & Mart. Duplex pag. 23.

AUGUSTUS

AUGUSTUS.

- 9 S. Franciscus Solanus Conf. Duplex maius pag. 24.
- 16 S. Rochus Conf. Duplex maius pag. 24.

SEPTEMBER.

- 4 Translatio S. Rosæ Virg. Duplex 2. clas. cum oct. pag. 26.
- 22 In festo Nominis B. V. Mariæ Duplex maius pag. 30.
- 28 S. Elesearius Conf. semiduplex pag. 37.

OCTOBER.

- 19 S. Petrus de Alcantara Duplex 2. clas. cum octava pag. 37.
- 21 S. Ursula & Soc. Virg & Mart. Duplex pag. 57.

NOVEMBER.

- 17 S. Salomea Virg. Duplex pag. 58.
- 26 In festo omnium Sanctorum Ordinis Minorum Duplex 2. clas. pag. 58.

DECEMBER.

- 4 S. Barbara Virg. & Mart. Duplex pag. 65.

OFFICIA PROPRIA NONNVLORVM SANCTORVM Ad usum Ordinis Minorum.

DIE III. FEBRUARIJ.
In Festo B. Ludovicæ viduæ Duplex minus.
Oratio.

DEUS, qui nos annua Beatæ Ludovicæ famulæ tuæ solemnitæ lætificas, da quæsumus, ut quam veneramus officio. etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per Dominum, &c.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno de libro S. Ambrosij Episcop. Agrum hunc.

In tertio Nocturno Homilia in Evang. Thesauro abscondito.

DIE VI. FEBRUARIJ.
In Festo S. Agathæ Virg. & Mart.
Duplex.

Omnia ut in Breviario sub ritu duplici.

DIE IX. FEBRUARIJ.
In Festo S. Apolloniæ Virg. & Mart.
Duplex.

Oratio.
DEUS qui inter cetera, ut in cõmuni Virg. & Mart.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno Lectio iv.

APollonia Virgo Alexandrina, tempore Decij, cum ingraves-

cente jam ætate ad idõla sisteretur, ut eis venerationem adhiberet: illis contemptis, Jesum Christum verum Deum colendum esse prædicabat. Quæ mobrem, omnes ei contusi sunt, & evulsi dentes; ac nisi Christum detestata deos cõleret, accenso rogo, vivam se eam combusturos minati sunt impij carnifices: quibus illa se libenter mortem pro Jesu Christi Fide subituram, respondit. *Et. Propter veritatem, &c.*

Lectio v.

ITaque comprehensa, ut comburetur, cum paulisper [quasi deliberans, quid agendum esset] stetit; repente se de illorum manibus proripuit: & in ignem, quem paraverat, maiori Spiritus Sancti flamma intus accesa, sponte profiliuit; stupentibus ipsis crudelitatis authoribus, quod fœmina promptior esset ad mortem, quam persequitor ad pœnam. Unde, brevi consumpto corpore purissimus Spiritus in Cœlum ad sempiternam Martyrij coronam evolavit. *Resp. Dilexisti, &c.*

Lectio vj.

Ex Sermone Sancti Augustini Episcopi.

A De

De Sancta Virginitate. Cap. 2.

CUM universa Ecclesia Virgo, sicut desponsata uni viro Christo, sicut dicit Apostolus, quanto digna sunt honore membra ejus, quæ hoc custodiunt, etiam in ipsa carne, quod tota custodit in fide, quæ imitatur matrem viri, & Domini sui? Nam Ecclesia quoque & Virgo, & mater est; cujus enim integritati cõsulimus, si Virgo non est? Aut cujus prolem alloquimur, si mater non est? Maria, corporaliter caput hujus corporis peperit, Ecclesia, spiritualiter membra illius capitis parit. In utraque, Virginitas sæcunditatem non impedit; in utraque sæcunditas virginitatem non adimit.

Resp. Afferentur, &c.

IN III. NOCT.

Evangelium. Simile erit regnum Cælorum decem Virginibus, &c.

Missæ, ut in Communi Virginis, & Martyris.

DIE VI. MARTIJ.

In Festo S. Coletæ Virg. Duplex maius.

Omnia de communi unius Virginis, præter ea, quæ hic habentur propria.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui Beatam Coletam Sponsam tuam innumeris dotibus decorasti; tribue, quæsumus; ut quo spiritu Seraphicam Regulam pristinae puritati restituit, eodem intus reformari mereamur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Et sic comm. ser. occur. Si celebratur in

Quadrages. Lectio. I. Noct. de Virginibus, ut in Comm. Virgin.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Picardiae Civitas Corbeia Diocesis Ambianensis Beatæ Coletæ natalibus ex matre sterili, & sexagenaria illustris effecta est. Hæc ab ineunte ætate cæpit ardentibus colere officia charitatis; ita ut quidquid habere poterat, hilariter pauperibus largiretur. Orationi assidue vacans, solitaria loca quærebat, tenerum ibi corpusculum affligebat jejunijs, carnem spiritui subjiciens, catena ferrea, cilicioque nunquam, aut raro depositis, humi cubans, cum eam necessarius somnus occupabat. Quartum decimum ætatis annum agens, orationibus impetravit à Domino, ut corpus suum, quod exiguum remanebat, subito ad justam magnitudinem excreverit; ac vultus venustas, ne forte alicui occasionem præberet delinquendi, in terreum colorem mutaretur. A dæmonibus frequenter lacerata, diversisque apparitionibus exagitata, vulneribusque toto corpore lacerata, ab oratione tamen nunquam recedebat, in qua sæpè in extasim raptâ, Angelorum visione, & colloquio potiebatur.

R. Propter veritatem.

Lectio v.

Facultatibus pauperibus distributis, Tertij Ordinis Sancti Francisci Regulam professâ, novas præcedentibus austeritates superaddens, vitam planè cælestem aggressa est; nudis semper pedibus, etiam hyemis tempore,

pore, incedens, & continuis jejunijs corpus suum penè conficiens. Tum se ad reformandum Seraphici Francisci penè collapsum Ordinem à Deo varie admonita, destinari cognovit; cui humiliter diù reluctās linguæ, oculorumque usu deperdito, tandem voluntati divinæ sese subijcere coacta est. Utroque autem sensu mox in integrum restituto, Divino Spiritu afflata, Apostolicæ Sedis adire præsentiam decrevit, ut à Sūmo Pontifice prædictum opus executioni mandandi facultatem exposceret. A quo benedictione accepta, susceptoque prædictæ Reformationis mandato, in Patriam rediens, tantum opus a lacriter inchoavit.

R. Dilexisti justitiam.

Lectio vj.

CUM autem summo studio tam antiquis Monasterijs reformandis, quàm novis extruendis incumberet, ingruentes difficultates admirabili constantia superavit. Paupertatis semper studiosissima fuit, unica tunica, eaque detrita, contenta, angustissimam Cellam in angulo habens, nulla supellectili instructam, præter stramineum saccum, qui ei pro lectulo erat. Charitate, patientia, humilitate, mansuetudine, cæterisque virtutibus decorata: dono etiā prophetiæ illustris, abdita Fidei Myteria divinitus edocta, ita penetravit ut de his altissimè dissereret. Multis tandem, & maximis patris miraculis, morte sua ante biennium præcognita, omnibus Sacramentis munita, hortatisque Sororibus ad regu-

larem disciplinam, obdormivit in Domino, pridie nonas Martij, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, Gandavi in Flāndria, in Monasterio à se ædificato, in quo Sacræ ejus Reliquiæ assidua Fidelium veneratione coluntur.

R. Asserentur.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorij Papa. Simile erit Regnum Cælorum decem Virginibus.

In Quadragesima Lectio de fer. cū comm. in Laud. In Vesp. comm. S. Thoma, & fer. ac SS. Perpetua, & Felicitatis Mart. Missa. Vultum tuum, quæ est secunda Missa de comm. Virg. non Mart. Evang. Simile est Regnum Cælorum.

DIE VIII. MARTIJ.

In Festo S. Rosæ Virg. Viterbien sis Duplex minus.

Oratio.

DEUS, qui Beatam Rosam Virginem tuam charitatis rubore, & puritatis candore in hoc sæculo decorasti: concede nobis famulis tuis, ut iisdem muneribus repleti ad contemplandam tuæ celsitudinis speciē in cælis sublimari mereamur. Per Dominum &c.

Ad Matutin. in primo Noct. Lectiones de Epist. ad Corinth. De Virginibus.

Lectio jv.

ROSA Viterbij pijs parentibus nata ab ipsa infantia omni virtute enituit, facta perfectionis Magistra, cum vix loqui didicisset. Mūdi exosa vanitates, rudi amictu, pedum nuditate, cilicio, jejunijs, alijsq; austeritatibus corpusculum affligēs, divinæ contemplationi jugiter vacabat

bat. Hanc vero eximiam sanctitatem insigni miraculo Deus testatam voluit; nam adhuc puella avunculam defunctam ad vitam revocavit. Ad virginitatem, quam perpetuè coluit, solo aspectu intuitum animos excitabat. Charitatis erga pauperes studiosissima, cum aliquando hyberno tempore subtractum, sibi panem clam illis deferret, Patre imperante, ut proderet, quid gremio absconditum ferret, panis in rosas conversus est.

Lectio v.

CUM septimum expleisset annu solitudinis desiderio flagrans, domus sue angustam cellulam elegit, cui se tanquam voluntario carceri inclusit, & orationi corporisque castigationi, ardentè incumbens, Dei clementiam deprecabatur pro sanctae Ecclesiae tranquillitate, quam Friderici Secundi Imperatoris impietas acerrimè divexabat. Ex diutina autem maceratione in morbum lethalem incidit, in quo Beatæ Virginis visitatione recreata, habitum Tertij Ordinis S. Fracisci induere iussa est. Decennis à Deo inspirata pijs adhortationibus, validisque argumentis multos hæreticos ad fidem, & obedientiam Romani Pontificis reduxit. Qua de causa cum tota cognatione sua in exilium ejecta ad vicina oppida venit, ubi Friderici mortem, & Ecclesiae pacem prophetico spiritu prædixit. Mulierem cæcam à natiuitate illuminavit, & ad fidei veritatem astruendam succensum rogam ingressa, ac tribus horis in eo illæsa

permanens, cuiusdam hæreticæ mulieris pervicaciam vicit, eamque cum alijs ad fidem convertit.

Lectio vj.

TANDem Viterbium summa Civium gratulatione reversa, in consortium Sæctimonialium S. Mariæ de Rosis admitti petijt; sed illis ingressum ob puellæ inopiam denegantibus, se mortuam in eo Cœnobio comoraturam prædixit. Mox ad pristinum domus suæ carcerem regressa, cum in ea duobus annis mansisset, morbo correpta, & ad beatam Patriam suspirans, meritis plena migravit ad sponsum, decimo octavo suæ vitæ anno nondum exacto. Corpus ejus miro splendore illustratum, suavique odore perfusum, in Templo S. Mariæ de Podio effosa humo, ac de super ingesta, tumulatū fuit; donec post triginta circiter menses ab Alexandro IV. tunc Viterbij sedente, & in somnijs ter ab ea admonito, refossum, & incorruptum repertum, pridie Nonas Septembris ad præfatum Monasterium, quod postea Sanctæ Rosæ nuncupatum est, solemniter translatum fuit, ubi usque ad hodiernum diem integrū, & flexibile summa totius Orbis admiratione affervatur, & novis semper miraculis coruscat.

In tertio Nocturno. Homilia S. Gregor.
Simile erit Regnum Cælorum decem virginibus.

Missæ. Dilexisti.

[*Officium ut in die 4. Septembris*] 9.
Lect. & comm. fer. Si verò verò venerit extra tempus Quadragesimæ Lektionen primi

mi Noct. erunt de Scriptura occurrente.

In secundis Vesp. à Cap. S. Franciscæ vi-
due.

DIE XXVIII. APRILIS.

Translatio S. Petri de Alcantara Conf.

Duplex.

Omnia sicut in die Festo ipsius præter ea,
quæ sequuntur.

In primis Vesperis Ad Magnificat An-
tiphona.

Respexit Deus Petrum in bono, ere-
xit illum, & exaltavit in gloria: con-
vertit planctum ejus in gaudium,
conscidit saccum ipsius, & circunde-
dit eum lætitia Alleluia.

Oratio.

DEus, qui animam Beati Petri
Confessoris tui charismatum
donis, & corpus crucis mortificatio-
ne decorasti: concede precibus nos-
tris, ut qui ejus recolimus Transla-
tionis memoriam, virtutum quoque
imitemur exempla. Per Dominum.
Deinde fit com. S. Vitalis mart.

Lectiones primi Nocturni.

Fratres, quæ mihi fuerunt lucra, &c.
ut in die Festo. 19. Octobris.

Lectio iv.

Postquam Sanctus Petrus de Al-
cantara flexis genibus animam
Deo reddidit, facies ejus, quæ Solis
ardore semiusta colorem subnigrum
contraxerat, statim candida, & ve-
nusta facta est: oculi, quos vigil mo-
destia demissos, clausosvè semper
custodierat non solum aperti, sed, &
in altum defixi, & splendescens
conspicui sunt: totum denique cor-

pus, quod continuis afflictationibus
attritum, arborum radicibus simile
videbatur, molle, & tractabile, sua-
vemque spirans odorem, cunctis ob-
stupescens, signa, & prodigia e-
didit. Eadem verò, qua obierat, ho-
ra spiritus ejus à B. Theresia visus est
impertransito Purgatorio recta ad
cælum conscendere, ac postea sæpe
se eidem maximæ gloriæ fulgoribus
coruscantem manifestans, multis in
rebus consilio juvit, & valde conso-
latam reliquit.

Lectio v.

UT mortis ejus fama percrebuit,
ad sacri corporis aspectum fre-
quens Populi multitudo accurrit, &
quilibet Sancti Viri merita certatim
extollebat, miracula narrabat, & be-
neficia per eum accepta prædicabat.
Inter hæc autem præcipua fuerunt,
& apostolica auctoritate approbata,
quorundam conclamata salus pro-
tinus restituta: fracta, & cōtracta cru-
ra repente sanata: variæ infirmitates
in instanti depulsæ; surdis, claudis,
cæcis sensuum, membrorumque red-
dita incolumitas. Quæ quidem mi-
racula ad tumulum Viri Sancti mi-
rabilis Deus in Sanctis suis operari
dignatus est, ut quanti meriti esset,
toti Ecclesiæ innotesceret.

Lectio vj.

CUM igitur ad Sancti Viri tumu-
lū inges concursus fieret, Reli-
giosi Conventus Arenarum de Aba-
lensis Episcopi licentia corpus ejus
exhumarunt, illudque in arca velis
involutum sericis parieti incluse-
runt. Cumque cresceret in dies una
cam

cum miraculis Populorum concursus, facta de his omnibus ad Sedem Apostolicam relatione; Abulensis Antistes, presentibus quibusdam Hispaniæ Magnatibus, arcam reverenter aperuit, sacrumque depositum veneratus, & cælesti fragantia, quam exhalabat, exterius, interiusque recreatus, illud ex privato sepulchro in novam capellam à se dicatam solenniter transtulit. Demum Clemens Nonus Dominica in Albis anni millesimi sexcentissimi sexagesimi noni Beatum Petrum in Sanctorum numerum retulit: Clemens verò Decimus præfatæ Translationis festum die vigesima octava Aprilis, in quam eadem Canonizatio inciderat celebrari quotannis ad instantiam Caroli Secundi Regis Catholici benigne concessit.

Ad Benedictus Antiph.

Post vitæ sanctæ terminum anima cælos scandit, & corpus multis miraculis resplendet: O felix pœnitentia, quæ tantum consecuta es præmium! Alleluia.

In secundis vesperis.

Ad Magnificat Antiph.

Festivum gemino triumpho diè colimus: hodie Felix Petri anima Sactorum fastis solenniter adscripta est: hodie Beati Corporis gloriosa Traslatio pijs affectibus celebratur. Allel.

DOMINICA TERTIA

Post Pascha. S. Raphaelis Archangeli.

Duplex Min. ad libitum.

Ad Vesperas. Antiph. Missus est Angelus Raphael. Cum reliquis de Laudat

infra, Psalm. Dixit, &c. Cum reliq. de Dominica; & loco ultimi. Psalm.

Laudate Dominum omnes Gentes, &c.

Capit. Tob. i. C.

QUando orabas cum lacrymis, & se peliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

R. Deo gratias.

Ad Vesperas, & Matutinum.

Hymnus.

TE splendor, & virtus Patris,
Te vita, Jesu, cordium,
Ab ore qui pendent tuo,
Laudamus inter Angelos.

Tibi mille densa millium,
Ducum corona militat:
Sed explicat victor Crucem.
Raphael salutis signifer.

Draconis hic dirum caput
In ima pellit tartara,
Ducemque cum rebellibus
Cælesti ab arce fulminat.

Cōtra ducem superbiæ,
Sequamur hunc nos Principem;
Ut detur ex Agni throno
Nobis corona gloriæ.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sempiterna sæcula.

Amen.

V. Stetic Angelus juxta aram templi, alleluia.

R. Habens thuribulum aureum in manu sua, alleluia.

Ad Magnificat. Antiph.

Ego

Ego sum Raphael Angelus, qui asto ante Dominum; vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus, alleluia.

Oratio.

DEus, qui Beatum Raphaelem Archangelum Tobiae famulo tuo comitem dedisti in via: concede nobis famulis tuis, ut ejusdem semper protegatur custodia, & muniamur auxilio. Per Dominum nostrum, &c.

Pro comm. Dom. 3. post Pascha, Antiph. Modicum, &c. Oratio.

Deus, qui errantibus, &c.

*Ad Matutinum Invitatorium. Regem Archangelorum Dominum, *Venit adoremus, Alleluia.*

In primo Nocturno.

Antiph. Multa magnalia de Raphaelle Archangelo, qui caeco lumen reddidit, Saram liberavit a daemone, & Tobiam cum salute reduxit ad propria, alleluia.

Psalms Domine Dominus noster, &c.

In Domino confido, &c.

Domine, quis habitabit, &c.

Omnia sub una aña ut sit tēpore paschali.

Requirantur Psalmi in Festo S. Michaelis Arch. angeli sub die 29. Septembris.

**. Data sunt Angelo incensa multa, alleluia.*

R. Ut adoleret ea ante altare aureū quod est ante oculos Domini, allel.

De libro Tobiae. Cap. 12.

Leet. 1.

VOcavit ad se Tobias filium suū dixitque ei: Quid possumus dare viro isti Sancto, qui venit tecū? Et respōdens Tobias, dixit patri suo:

Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit esse beneficijs ejus? Me duxit, & reduxit sanū; pecuniam à Gabelo ipse recepit: Uxorem ipse me habere fecit; & daemōnium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus ejus fecit; me ipsū à devorationē piscis eripuit; te quoque videre fecit lumen cæli; & bonis omnibus per eū repleti sumus: Quid illi ad hæc poterimus dignum dare: Sed peto à te, pater mi, ut roges eum si forte dignabitur, medietatem de omnibus, quæ allata sunt, sibi assumere.

*R. In illo tempore, exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei: * Et missus est Angelus Domini Sanctus Raphael, ut curaret eos ambos; quorum uno tēpore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ, alleluia.*

**. Tobias, & Sarā in tribulatione positi, cum lacrymis orare cœperunt. Et missus est.*

Lectio ij.

ET vocantes eum, pater scilicet, & filius, tulerunt eum in partē, & rogare cœperunt, ut dignaretur dimidiam partem omnium, quæ attulerant, acceptam habere. Tunc dixit eis occultē: Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam Et enim sacramentum regis abscondere bonum est opera autem Dei revelare, & confiteri honorificum est. Bona est oratio cum jejunio, & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere: quoniam

niam eleemosyna á morte liberat: & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam: qui autem faciunt peccatū, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ: Manifesto ergo vobis veritatē, & non abscondam á vobis occultum sermonem. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & de relinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te.

¶ Egressus Tobias invenit juvenē splendidum stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum: & salutavit eum, & dixit: * Unde te habemus, bone juvenis? Allel.

¶ Et ignorans, quod Domini Angelus esset, salutavit eum, & dixit. Unde te habemus.

Lectio iij.

ET nunc misit me Dominus, ut curarem te, & Saram uxorem filij tui á dæmonio liberarem. Ego enim sum Raphael Angelus, unus ex septem, qui astamus ante Dominum. Cumque hæc audissent, turbati sunt, & trementes ceciderunt super terram in faciem suam. Dixitq; eis Angelus, Pax vobis, nolite timere. Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram; ipsum benedicite, & cantate illi: Videbar quidē vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor. Tempus est ergo, ut revertar ad eū,

qui me misit: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus. Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatu est; & ultra, eum videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum: & exurgentes narraverunt omnia mirabilia ejus.

¶ Ingressus Angelus ad Tobiam, salutavit eum, & dixit: Gaudium sit tibi semper, * Forti animo esto, in proximo enim est, ut á Deo curesis, alleluia.

¶ Et respondens Tobias, ait: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Forti animo esto, &c. Gloria Patri, &c. Forti animo esto, &c.

In secundo Nocturno.

Antiph. Archangele Raphael, veni in adiutorium populo Dei, alleluia.

Psalms. Cæli enarrant, &c.

Domini est terra, &c.

Benedicam Dominum, &c.

¶ Ascendit fumus aromatum in cōspectu Domini, alleluia.

¶ De manu Angeli, alleluia.

Lectio iv.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
De Tobia.

BEatus Tobias, qui panem suum noverat frangere esurienti: mercedem celerem mercenario præparat laboranti. Patienter, lectione percepta, quæ nuper est recitata, admirabamur patris, filijque tractatum; quemadmodum Angelus monet, quem æstimabant terrenum sub cælesti gloria mercenarium. Ad hoc enim cæcitatē incurrit exitium, ut

An-

Angelum susciperet medicum, qui divinis facibus incensus sic anhela- vit. Bona est oratio cum jejunio. & eleemosyna: Oratio justis clavis est caeli; ascendit precatio, & descendit Dei miseratio. Licet alta sit terra, al- tum caelum, audit tamen Deus ho- minis linguam, si mundam habeat conscientiam: Cum sensibus loqui- tur, si sit solus noster gemitus: Suf- ficit auribus imber oculorum; fletus citius audit, quam voces. Oratio in- vidi, solet de auribus propulsari. Erat patris, & filij anima una, dum esset proprietas membrorum, erat illis sin- gularis germanitas animorum. Fili, inquit, dimittamus istum hominem adjicientes ad mercedem placitam, quia nobis multa opere suo contulit bona. Et rogare cepit mercenarium ut mercedis suae sumat affectum. Frater, inquit, accipe quod tuum est, & tunc vade salvus. Recipe merce- dem tuam, quia mihi, & filio meo bona praebuisti misericordiam. Tolle, ut dixi, mediam substantiam, quam cum filio meo reportasti: nam gra- tia, quam tibi debemus, non potest ponderari.

R. Interrogavit Tobias Angelum: De qua domo, aut de qua tribu estu? Qui respondens ait: * Ego sum A- zarias Ananiae magni filius: Allel.

V. Genus quaeris mercenarij, an ip- sum mercenarium, qui cum filio tuo erat? Sed ne forte sollicitus sis. Ego sum Azarias, &c.

Lectio v.

Continuo Angelus gaudet de cogitata mercede, qui missus

fuerat gratis facere pietatem. Et ait Tobiae Patri, & Filio, quid de me- dia mercede satis superflue cogitatis? Habete, quod vobis donavit Pater ille caelestis: Ego minister sum cura- tionis; ille est author sanitatis; nesci- tis cujus mercenarij ope perfrui me- ruistis. Defunctos captivitate sepeli- re non timuisti, Tobia; ascenderunt ad Dominum opera tua, quia relicto prandio, reddidisti mortuum sepul- turae. Ego Domino medullata intuli sacrificia, pro venerabili sepultura: Ego directus sum operarius fori cae- lestis. Mortuum sepelivisti, & mortis aculeum non timuisti. Ipse sepultus pro vobis voce tacita proclamavit. Probationis fuerat caecitas oculorum, unde patientia tua clarius meruisset de caelestibus ornamentum. Ego sum Raphael, unus ex septem Angelis: qui astamus ante claritatem Dei. Non indigeo fructu humanae mer- cedis, divite me facit conversatio ma- jestatis. Dives est ille, qui me mi- sit; gratis jussit impendi, quod gratis ipse concessit. Nec ipsum honorem gratiarum mihi deputetis, quia ni- hil meis viribus percepistis: Deum benedicite, & illi confitemini, & ip- sum glorificate, quia vobiscum fecit bona.

R. Exivit Tobias, ut lavaret pedes suos, & ecce piscis immanis exivit ad devorandum eum; qui expavescens, clamavit voce magna, dicens: Dne invadit me; & dixit ei Angelus; ap- prehende brachium ejus, & trahe eum ad te: * Exentera hunc piscem, & cor ejus, & fel, & jecur repone; tibi

B sunt

sunt enim necessaria ad medicamē-
ta utiliter, alleluia.

℣. Attraxit eum Tobias piscem in
ficcum, & palpitare cœpit ante pe-
des ejus, & ait Angelus ei. Exente-
ra, &c.

Lectio vj.

Subito patefacto mysterij cœles-
tis honore, voce Raphaelis Ar-
changelis attoniti, Pater, & Filius,
collapsi in terram proruerunt, & vo-
cem tremulam penitus occultave-
runt, quia vocem insolitam audie-
rant dicentem; Quid meruistis, mer-
cenarium habere cœlestem, & tan-
quam operarium locare terrestrem?
Celavit vobis Angelus nomen, Aza-
rias sum, inquit, Ananiæ magni Fi-
lius: Et cum dixit, ego sum Raphael
Angelus, celavit in primo nomine
dignitatem, ne faceret locatori ter-
rorem. Si enim diceret, ego sum An-
gelus, non esset Tobia mercenarius,
servata est dignitas nominis, ut pos-
tremo magnitudo claresceret digni-
tatis. Videte, charissimi, quantum sit
eleemosynæ meritum, Angelum
meruit habere operarium. Videtis,
quantum proficit mortuos sepelire,
ut oblatio ejus per Angelum Ra-
phaelem ad cœlestem ascēderet ma-
jestatem Videtis, quia eleemosyna á
morte liberat, & ipsa purgat pecca-
ta, facit purgationem oculorum, li-
berat á tenebris peccatorum: Tobias
via sua deducitur: Sara, tot viris con-
tristata, per Angelum matrimonio
copulatur.

℣. Ubi introieris domum tuam, di-
xit Angelus Raphael ad Tobiam,

statim adóra Dominum Deum tuū
& gratias agens ei, accede ad patrē
tuum, & osculare eum. * Statimq;
lini super oculos ejus ex felle isto
piscis, quem portas tecum; scias e-
nim, quoniam mox aperientur ocu-
li ejus, & videbit pater tuus lumen
cæli, & in aspectu tuo gaudebit. Al-
leluia.

℣. Tolle tecum ex felle isto piscis,
erit enim necessarium. Statimq; &c.
Gloria Patri, &c. Statimque, &c.

In tertio Nocturno.

Antiph. Angelus Archágelus Raphael
Dei Medicus pro animabus justis,
alleluia.

Psalm. Cantate Domino canticum
novum: cantate, &c.

Dñus regnavit, exultet terra, &c.
Benedic anima mea Domino: &
omnia, quæ, &c.

℣. Apprehendit Angelus Raphael
demonium, allel.

℣. Et religavit illud in deserto supe-
rioris Ægypti. Allel.

Lectio Sancti Evangelij secundum Ioannē.

Lect vij. Cap. i.

In illo tempore: Erat dies festus
Judæorum; & ascendit Jesus Je-
rosolymam. Et reliqua.

Homilia Sancti Ioannis Chrysostomi.

Cum vellet Deus appropinquā-
tis baptismatis fidem nos erudi-
re, non solum peccata, sed morbos
per aquam expulit: proprios enim
veritatis imagines, & in baptisate,
& in passione, & in alijs certiores
fuerunt, quam vetustiores. Nam sicut
regis familiares hastatis honoratio-
res sunt, ita & proprios figuræ. Et
des-

descendens Angelus, motæ aquæ sanandi virtutem largiebatur, ut intel- ligerent Judæi, longe magis Ange- lorum Dominum omnia animæ im- pedimenta sanare posse. Et quemad- modum, hujus aquæ natura per se non sanabat, siquidem semper non sanasset, sed dumtaxat cum ab Ange- lo movebatur: ita, & in nobis non simplex aqua operatur, sed cum Spi- ritus gratiam accipit, omnia abluit peccata.

ꝑ. Benedicite Deum Cæli, dixit An- gelus Raphael, & coram omnibus viventibus confitemini ei. * Quia fecit vobiscum misericordiam suam allel.

ꝑ. Ipsum benedicite, & cantate illi, & narrate omnia mirabilia ejus. Quia fecit, &c.

Lectio viij.

Iuxta hanc piscinam jacebat mul- titudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantiū aquæ motum. Verum tunc infirmi- tas corporis sanari volentem impe- diebat; nunc unusquisque potestatem habet accedendi. Non enim Angelus aquam movet, sed Angelorum Do- minus totum perficit; non habet ex- culationis locum infirmus, non ha- bere se hominem, qui sibi opitule- tur; neque dum venit, alium descen- dere, sed licet universus mundus ac- cedat, non consumitur gratia, neque virtus deficit, sed eadem semper per- manet: ut enim solares radij singulis diebus illuminant, neque ex nimia copia vis eorum minuitur: ita, immo longe minus, spiritus operatio ob-

accipientium multitudinem remit- titur. Hoc autem factum est, ut qui in aqua, corporis morbos sanari pos- se didicissent, in eo aliquando exer- citi, animæ morbos per aquam cura- ri posse facilius crederent.

ꝑ. Tempus est, ut revertar ad eum, qui me misit, dixit Angelus Ra- phael, * Vos autem benedicite Do- minum, & narrate omnia mirabilia ejus, alleluia.

ꝑ. Confitemini ei coram omnibus viventibus, quia fecit vobiscum mi- sericordiam suam.

Vos autem, &c. Gloria Patri, &c. Vos autem, &c.

Nona Lectio de 3. Dominica post Pascha, & in fine.

Te Deum laudamus, &c.

Ad Laudes, & per Horas.

Antiphona.

Missus est Angelus Raphael ad Tobiam, & Saram, ut curaret eos. Allel. *Psalm. Dominus regnavit &c. in reliquis de Laudibus. Dominica.*

Antiph. Ingressus Angelus ad Tobiã, salutavit eum, & dixit: Gaudium sit tibi semper. Allel.

Antiph. Forti animo esto Tobia, in proximo enim est, ut a Deo curesis, Allel.

Antiph. Benedicite Deum cæli, & co- ram omnibus viventibus confitemi- ni illi, quia fecit vobiscum miseri- cordiam suam. Allel.

Antiph. Pax vobis, nolite timere; Deum benedicite, & cantate illi, Al- leluia.

Capitulum. Quando orabas cum la- crymis, &c.

Ad Laudes. Hymnus.

CHriste, Sanctorum decus Ange-
lorum,
Gentis humanæ Sator, & Redemp-
tor.

Cælitum nobis tribuas beatas
Scandere sedes.

Angelus nostræ Medicus salutis
Adit é cœlo Raphael, ut omnes
Sanet ægrotos, dubiosque vitæ
Dirigat actus.

Virgo Dux pacis, Genitrixque lucis
Et sacer nobis Chorus Angelorum
Semper assistat, simul & micantis
Regia cœli.

Præstet hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati; pariterque Sancti
Spiritus, cujus resonat per omnem
Gloria mundum. Amen.

Ÿ. In conspectu Angelorum psallã
tibi, Deus meus, Allel. R. Adorabo
ad templum sanctum tuum, & con-
fitebor nomini tuo: Allel.

Ad Benedictus: Antiph. Ego sum Ra-
phael, &c. *ut in primis Vesperis.* *Oratio*
Deus qui Beatum Raphaelem Ar-
changelum, &c.

Pro comm. Dominica, Antiph. Modicum,
&c.

Oratio. Deus qui errantibus, &c. *ut in*
Breviario Romano. Ad Tertiam, Antiph.*

Ingressus. Capitulum. Quando orabas
cum lacrymis, *ut in primis Vesperis. Resp*
Breve, ut in Festo Apparitionis Sancti Mi-
chaelis. 8. M. ij.

R. Br. Stetit Angelus.

Ÿ. Ascendit fumus.

Ad Sextam, Antiph. Forti animo *Capit.*

ET nunc misit me Dominus, ut
curarem te, & Saram uxorem fi-

lij tui á dæmonio liberarem: Ego e-
nim sum Raphael Angelus, unus ex
septem, qui astamus ante Dominum.

R. Deo gratias.

R. Br. Ascendit fumus.

Ÿ. In conspectu.

Ad Nonam Antiph.* Pax vobis. *Capit.*

TEmpus est, ut revertar ad eum,
qui me misit, vos autem bene-
dicite Deum, & narrate omnia mi-
rabilia ejus.

R. Deo gratias.

R. Br. In conspectu Angelorum. Ÿ.
Adorate Deum.

In secundis Vesperis. Antiph. Missus est
Angelus: *cum reliquis de Laudibus.*

Ps. dm. Dixit Dominus: *cum reliq. de*
Dominica, & loco ultimi, Confitebor ti-
bi Domine, &c. ut in Vesperis Feria 6.
Capit. Hymn. & Vers. ut in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Antiph.

Princeps gloriosissime Raphael Ar-
changele, esto memor nostri hic, &
ubique semper precare pro nobis fi-
lium Dei, alleluia, alleluia.

Orat. Deus, qui Beatum Raphaelem
Archangelum, &c.

Pro comm. Dominica, Antiph. Amē dico
vobis. Ÿ. Mane nobiscum Dom. &c.

Orat. Deus qui errantibus, &c. *ut in*
Breviario.

Missæ S. Raphaelis Archangelis
de novo approb.

Introitus.

EGO sum Azarias Ananiæ magni
filius, ego sum Raphael Archan-
gelus unus ex septem, qui astamus
ante conspectum Domini; pax vobis
nolite timere: Dominus exaudivit
preces vestras; & misit me ad vos, ut

curarem vos, alleluia: alleluia.

Psalm. Benedicite Dominum omnes electi ejus, agite diem lætitiæ, & cōfitemini illi.

℣. Gloria Patri, &c.

Ego sum Azarias, &c.

Oratio.

DEus, qui Beatum Raphaelem Archangelum Tobiae famulo tuo comitem dedisti in via: concede nobis famulis tuis, ut ejusdem semper protegatur custodia, & muniamur auxilio. Per Dominum nostrum, &c.

Deinde fit commemoratio Domin. 3. post. Pascha.

Oratio. Deus, qui errantibus, &c.

Lectio libri Tobiae.

Dixit Archangelus Raphael ad Tobiam. Etenim sacramentū Regis abscondere bonum est; opera autem Dei revelare, & confiteri, honorificum est. Bona est oratio cum jejunio, & eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere, quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam à vobis sermonem occultum. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & abscondebas mortuos per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino: & quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te, & nunc misit me Dominus,

ut curarem te, & Saram uxorem filij tui à dæmonio liberarem. Ego sum Raphael Angelus unus ex septem, qui astamus ante Dominum. Cumq; hæc audissent, turbati sunt, & tremētes ceciderunt super terram in faciē suam: Dixitque eis Angelus, pax vobis, nolite timere; etenim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: Ipsum benedicite, & cantate illi. Videbat quidem vobiscum manducare & bibere: sed ego cibo, & potu invisibili, qui ab hominibus videri non potest, utor. Tempus ergo est, ut revertar ad eum, qui me misit, vos autem benedicite Dominum, & narrete omnia mirabilia ejus. Alleluia, Alleluia.

℣. Missus est Raphael Angelus à Deo ad Tobiam, & salutavit eum, & dixit ei, gaudium tibi sit semper. Alle. ℣. Angele medicinalis mecum sis perpetualis, & sicut fuisti cum Tobia, ita sis mecum semper in via. Alleluia.

Post Pentec. Graduale. Angelus Raphael apprehendit, & ligavit dæmonium. ℣. Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus. Alleluia, alleluia. ℣. Missus est Raphael Angelus à Deo ad Tobiam, & salutavit eum; & dixit ei, gaudium sit tibi semper, All. *Post Septuagesim. omis.* Alleluia, & *seq. versu dicitur. Tractus.* Apprehende arma & scutum, & exurge Angele in adiutorium mihi: dic animæ meæ, salus tua ego sum. ℣. Effunde frameā, & conclude adversus eos, qui persequuntur me, cogitantes mihi mala. ℣. Fiant tamquam pulvis ante faciē venti;

venti; & tu Angele Domini coarctas
eos.

*Sequentia Sancti Evangelij secundum
Joannem.*

IN illo tempore, erat dies festus Ju-
dæorum, & ascendit Jesus Jeroso-
lymam. Est autem Jerosolymis Pro-
batica piscina, quæ cognominatur
hebraice Bethesda, quinque porticus
habens. In his jacebat multitudo
magna languentium, cæcorum, clau-
dorum, aridorum, expectantium a-
quæ motum: Angelus autem Domi-
ni secundum tempus descendebat in
piscinam, & movebatur aqua, & qui
prior descendisset in piscinam post
motum aquæ, sanus fiebat, à quacū-
que detinebatur infirmitate.

Dicitur. Credo.

Offertorium. In honore Sancti Ra-
phaelis psallat Militas Ecclesia, quia
virtute Dei Patris ligavit Dæmonē,
& Tobiaē visum reddidit, quo priva-
tus fuerat. Alleluia. *Oratio Secreta.*

Mitte Deus Archangelum tuū
cum medicamine opificē, qui
sanitatem mentis reportet, & corpo-
ris: misericordiæque cælestis donum
infundat, & quæ in nobis sunt ad-
versa, deponat; ut qui nostra iniqui-
tate tabescimus, de tua, quam non
meremur, pietate lætari concedas.
Per Dominum, &c.

*Oratio Secreta Dom. 3. post Pasch. ut in
Missali.*

Communio. Jubilus summæ laudis re-
sonet in ore omnium ad laudē Beati
Raphaelis Archangeli; ut ipse, cujus
memoriam agimus in terris ad Deū
pro nobis intercedat in cælis; Allel.

Oratio Post communio.

Dirigere dignare, Domine Deus,
in adiutorium nostrū Raphaelē
Archangelum: & quem tuæ ma-
jestati semper assistere credimus, tibi
nostras exiguas preces benedicendas
assignet. Per Dominum nostrū, &c.
*Post Comm. Dom. 3. post. Pasch. & in fin.
Evang. ejusdem Dom. 3.*

*Illa Missa potest celebrari votiva pro
itinerantibus: pro ijs, qui laborant infirmita-
te oculorum, & pro obsessis à demonio, &
in ipsa dici: Gloria in excelsis.*

*Quod debet dici in omnibus Missis de
Angelis.*

*In Festo Translationis S. Didaci Conf.
Ordinis Minorum.*

Duplex.

*Celebratur ser. 2. post Dominicam 5. post
Pasch.*

*Omnia dicuntur ut in die Natalis ipsius,
die 13. Novembris, præter orationem, &
Lectioes secundi Nocturni, quæ hic ponun-
tur.*

Oratio.

DEus, qui per Translationē Cor-
poris Beati Didaci Confessoris
tui, ejus gloriam in Terris renovasti:
concede propitius, ut ipsius precibus
nos spiritu renovati, æterna præmia
consequi mereamur in Cælis. Per
Dominum nostrum, &c.

IN II. NOCT.

Lectio iv.

CUM Beatus Didacus sanctissime
vitæ cursu peracto migrasset in
Cælum, tanta protinus virtutum fa-
ma clarescere coepit, ut ad ejus sepul-
chrum

chrum é diversis Hispaniæ partibus ingens fidelium cõkursus fieret, quorum devotioni satisfacere cupientes Fratres Conventus Complutensis sacrum ipsius Corpus, quod jam quadriduo sepultum fuerat, humo refossum per multos menses insepultum non sine miraculi interventu conservarunt. Nam integrum, incorruptumque semper manens suavissimũ emanabat odorem, quo omnes mirificè recreabantur; tum membra eius non rigida, non dura, qualia cadaverum esse solent, sed mollia quocumque verterentur. Tot autem miracula ipso intercedente operatus est Deus, ut in actis pro Canonizatione transmissis centum ferè, & triginta enumerentur. His permotus Henricus Quartus Rex Castellæ; sibi, ac filiaè periculosè ægrotanti per Beati Didaci preces sanitate impetrata, nobile Sacellum grati animi monumentum extruxit, ac ibi in arca ferreis laminis communita corpus eius recondi iussit.

Lectio v.

Multo postea elapso tempore cum Carolus Princeps Philippi Secundi Regis Catholici filius graviter Compluti ægrotaret, deque eius salute nulla spes superesset, Beati Didaci corpus centum ferè post obitum annis adhuc integrum, incorruptum ad ægroti Principis cubiculum decenter allatum fuit. Quod cū ipse Sancti Viri patrociniõ se commendans devotè tetigisset, fæliciter contigit, ut quo tempore eum Medici morituum prædixerant, divini-

tus convaluerit. Memor itaque accepti beneficij; una cum Patre Philippo, & universa Hispania á Sixto V. Pontifice Maximo instantissimè petit, ut Dei famulum in Sanctorum numerum referre dignaretur: qua gratia impartita Philippus Rex prædictum Sacellum instauravit, & in meliorem formam redegit, ejusque Canonizationis solennia magnificentissimè Compluti celebravit.

Lect. vi.

Verum cum idem Sacellum angustum nihilominus esset ob crescentem indies propter nova miracula, Populorum frequèntiam, Philippus IV. Rex Catholicus Beatum Didacum singulari prosequens devotionis affectu ampliorem ædem non longe á priori suis sumptibus extrui, & regali munificentia ornari curavit. Huc Sacrum Corpus post ducentos ferè annos ab ejus obitu integrum, incorruptum, ac tractabile, repertum, & odorem suavissimum spirans translatum fuit, ipso Rege, ac præcipuis Aulæ officialibus, & Hispaniæ Magnetibus cum infinita fidelium multitudinè assistentibus, & in medio Ecclesiæ honorificentissimè collocatum mense Maij anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono. Ecclesiam gubernante Alexandro Septimo Summo Pontifice, qui prædicto Rege instante hujus Translationis Festum feria secunda Dominicæ quintæ post Pascha celebrari concessit.

Lectio ix. legitur de Homilia Rogationum.

Missæ ut in die Festi.

DIE IV. JULIJ.

*In Festo S. Elisabeth Vid. Reg. Portug.**Duplex maius.**Capit. Prov. 31.*

Mulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. *R.* Deo gratias.

Hymnus.

Domare cordis impetus Elisabeth

Fortis, inopsque Deo

Servire, regno prætulit.

En fulgidis recepta cæli sedibus,

Sidereæque domus

Ditata sanctis gaudijs.

Nunc regnat inter Cælites beatior,

Et premit astra docens,

Quæ vera sint Regni bona.

Patri potestas, Filioque gloria:

Perpetuumque decus.

Tibi sit alme Spiritus. Amen.

V. Ora pro nobis Beata Elisabeth.*R.* Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*Ad Magnificat.*

Antiph. Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram.

Oratio.

Clementissime Deus, qui Beatam Elisabeth Reginam, inter cæteras egregias dotes, bellici furoris, sedandi prærogativa decorasti: da nobis ejus intercessione, post mortalis vitæ, quam suppliciter petimus, pacem, ad æterna gaudia pervenire. Per Dominum, &c.

Deinde sit com. Octav. Apost.

Antiph. Petrus Apostolus, & Paulus Doctor Gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Domine.

V. Constitues eos Principes super omnem terram. *R.* Memores erunt nominis tui Domine.

Oratio.

Deus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri, & Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesiæ tuæ, eorum in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per Dominum, &c.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Laudemus Deum nostrum * in sanctis operibus Beatæ Elisabeth.

*Hymnus. ut supra in vespers.**In primo Nocturno.*

Antiph. Elevata est magnificentia Elisabeth super cælos.

Psalms. Domine Dominus noster.

Antiph. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, quia concupivit Rex speciem tuam.

Psalms. Cæli enarrant gloriam Dei.

Antiph. Accepit benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutaris suo. *Psalms.* Domini est terra. *V.* Multæ filiae congregaverunt divitias.

R. Tu supergressa es universas.

De Parabolis Salomonis.

Lectio i. Cap. 36.

Mulierem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ. Quæsit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi na-

navis institoris, de longé portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Consideravit agrum, & emit eum, de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum,
R. Regali exorta progenie triumphat in cœlis Elisabeth, triplici circumdata varietate meritorum. * Nam in terra in triplici vitæ gradu posteris imitanda virtutum reliquit exempla *ψ*. Virginalem statum, conjugalem, & vidualem inoffenso pede cucurrit. Nam in terra, &c.

Lectio ij.

Gustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ à frigoribus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cū senatoribus terræ. Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.

R. Os suum aperuit sapientiæ: * Et lex clementiæ in lingua ejus. *ψ*. Quoniam pervenisti eam in benedictionibus dulcedinis. Et lex.

Lectio iij.

Fortitudo & decor indumentum ejus, & ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiæ, & lex

clementiæ in lingua ejus. Consideravit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filij ejus, & beatissimam prædicaverunt: vir ejus, & laudavit eam. Multæ filiæ congregaverunt divitias; tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera ejus.
R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei: * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eam. *ψ*. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eam Domine. Et voluntate, Gloria Patri. Et voluntate.

In secundo Nocturno.

Antiph. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam deducet te mirabiliter dextera tua.

Psalm. Eructavit. *Antiph.* Arcum conteret, & confringet arma; & scuta comburet igni.

Psalm. Deus noster refugium.

Antiph. Justitia, & misericordia plena est dextera tua. *Psalm.* Magnus Dominus. *ψ*. Virga tua, & baculus tuus.

R. Ipsa me consolata sunt. Pater noster. *Lectio iv.*

Elisabetham Aragoniæ Regibus ortam, Christi anno millesimo ducentesimo septuagesimo primo, in præsagium futuræ sanctimonie parentes, præter morem, relicto matris, aviæque nomine, à magna ejus matertera, Thuringiæ domina, Sancta Elisabetha, in Baptismo nominatam voluere. Ubi nata est, statim patuit, quam felix Regum, Regnorumque esset

esset futura pacatrix: natalitia enim ejus lætitia perniciosas avi patrisque dissensiones in concordiam convertit. Patet veró crescentis postea filiae admiratus indolem, affirmabat fore, ut una Elisabetha reliquas Aragoniorum Regum sanguine creatas feminas virtute longé superaret. Sic cælestem ipsius vitam in contemnendo corporis ornatu, in fugiendis voluptatibus, in jejunijs frequentandis, in divinis precibus assidue recitandis, in charitatis operibus exercendis, veneratus, rerum suarum, Regnique felicitatem, unius filiae meritis referebat acceptam. Tandem ubique nota, & á multis Principibus exoptata, Dionysio Lusitaniæ Regi Christianis cærimonijs rité est in matrimonium collocata.

ꝛ. Audi filia, & vide, & inclina aurē tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui: Et concupiscet Rex decorem tuum. ꝛ. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperé procede, & regna. Et concupiscet.

Lectio v.

Iuncta conjugio, non minorem excolendis virtutibus, quám liberis educandis, operam dabat, viro placere studens, sed magis Deo. Mediam feré anni partem solo pane tolerabat, & aqua: quæ in quodam ipsius morbo divinitus versa est in vinum, cum id á Medicis præscriptum bibere recusasset. Pauperis fæminæ ulcus horrendum exosculata derepenté sanavit. Pecunias pauperibus distribuendas, ut Regem laterent, hi-

berno tempore in rosas convertit. Virginem cæcam á nativitate illuminavit, multos alios solo Crucis signo á gravissimis morbis liberavit; plurima id genus miracula patravit. Monasteria, Collegia, & Tempia non modo extruxit, sed etiam magnificè dotavit. In Regum discordijs componendis admirabilis fuit; in privatis, publicisque mortalium sublevandis calamitatibus indefessa.

ꝛ. Manum suam misit ad fortia: * Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. ꝛ. Disperfit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in sæculum sæculi. Manum suam.

Lectio vj.

Defuncto Rege Dionysio, sicut virginibus in prima ætate, in matrimonio conjugibus, ita viduis in solitudine, fuit omnium virtutum exemplar. Illicò enim religiosis Sanctæ Claræ vestibus induta, regio funeri constanter interfuit: ac paulò post Compostellam proficiscēs, multa ex holoserico, argento, auro, gemisque donaria pro Regis anima obtulit. Inde reversa domum, quidquid sibi charum, aut pretiosum supererat, in sacros, ac pios usus convertit: absolvendoque suo veré regio Conimbricensi virginum cænobio, & alendis pauperibus, & protegendis viduis, defendendis pupillis, miseris omnibus juvandis intenta, non sibi, sed Deo, & mortalium omnium cōmodis vivebat. Reges duos filium, & generum pacificatura, Stremotium nobile oppidum veniens, morbo ex itinere

i. inere contracto, ibidem á Virgine Deipara visitata, sanctissime obijt, anno millesimo trecentesimo trigesimo sexto, die quarta Julij. Post mortem multis miraculis claruit, præsertim suavissimo corporis jam per annos ferè trecentos incorrupti odore: semper etiam Reginae Sanctæ cognomento celebris. Tandem anno Jubilei, & nostræ salutis millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, totius Christiani orbis concursu, & applausu, ab Urbano Octavo ritè inter Sanctos adscripta est.

R. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi: * Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. V. Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Quem vidi. Gloria Patri. Quem vidi.

In tertio Nocturno.

Antiph. Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus; sanctitas, & magnificentia in sanctificatione ejus. *Psalm.* Cantate i. *Antiph.* Annuntiaverunt cœli justitiam ejus, & viderunt omnes populi gloriam ejus. *Psalm.* Dominus regnavit, exultet. *Antiph.* Judicavit in justitia, & populos in æquitate. *Psalm.* Cantate ij.

V. Ignis ante ipsam præcedet.
R. Et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Lectio Sancti Evangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc Simi-

le erit regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Homilia II. in Evang.

Cœlorum regnum, fratres charissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his quæ animus novit, surgat ad incognita quæ non novit: quatenus exêplo visibilibus se ad invisibilia rapiat, & per ea, quæ usu didicit, quasi confricatus incalescat: ut per hoc; quod scit notum diligere, dilcat & incognita amare. Ecce enim regnum cœlorum thesauro abscondito in agro comparatur; quem qui invenit homo abscondit, & prægaudio illius vadit, & vendit universa, quæ habet, & emit agrum illum. R. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua ejus: consideravit semitas domus suæ: * Et loquebatur de testimonijs Domini. V. Gustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus; non extinguetur in nocte lucerna ejus. Et loquebatur.

Lectio vij.

QUA in re hoc quoque notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur: quia studiû cœlestis desiderij á malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsentem etenim vitam, quasi in viam sumus, qua ad patriam pergimus: maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Deprædari ergo desiderat, qui thesaurum publicè portat in via; Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit: Vi-

deant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est, sed ut per hoc, quod agimus, laudes exterius non quæramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto: ut & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua Deo soli placere quærimus, semper optemus secretum.

℞. Invocavi, & venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illam regnis, & sedibus: * Et divitias nihil esse duxi in cōparatione illius. *Vers.* Melior est enim sapientia cunctis opibus pretio pretiosissimis. Et divitias. Gloria Patri. Et divitias.

Lectio ix.

Thesaurus autem cæleste est desiderium: ager verò, in quo thesaurus absconditur, disciplina studij cœlestis. Quem profecto agrum venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrena desideria per disciplinæ cælestis custodiam calcet, ut nihil jam, quod caro blanditur, libeat; nihil, quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrescat.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

& per Horas An̄.

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. *Ps.* Dñus regnavit. *Cum reliquis de Dominica.* *Antiph.* Et concupiscet Rex decoré tuū, quia ipse est Dñus Deus tuus. *Antiph.* Potens in opere, & sermone lenivit iracundiã Domini, & cōciliavit cor patris ad filium. *Antiph.*

Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis. *Antiph.* Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis.

Capitulum.

Prov. 13.

Mulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit.

Hymnus.

Opes, decusque regium relinqueras.

Elisabeth, Dei dicata numini:

Recepta nunc beatis inter Angelos.

Libens ab hostiū tuere nos dolis.

Præ, viamque dux salutis indica:

Sequemur. O sit una mens fideiū,

Odor bonus sit omnis actio, tuis

Id innuit rōsis operta charitas.

Beata charitas in arce siderum

Potens locare nos per omne sæculum:

Patrique, Filioque summa gloria,

Tibique laus perennis, Alme Spiritus. Amen.

Vers. Meritis, & precibus Beatæ Elisabeth. ℞. Propitius esto Domine populo tuo.

Ad Benedictus, Antiph.

Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi tui.

Oratio. Clementissime Deus, & c. *ut supra.* Deinde sit com. octav. *Apost. Antiph.*

Gloriosi Principes. *Vers.* In omnem terram. *Oratio ut supra.*

Ad Tertiam Antiph. Et concupiscet.

Capit. Mulierem fortem, *ut supra.*

℞. Specie tua. *Vers.* Adjuvabit.

Ad Sextam Antiph. Potens in opere.

Capitulum. Prov. 31

M Anum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem: non timebit domui suæ à frigoribus nivis. Adjuvabit eam. *Vers.* Elegit eam.

Ad Nonam Antiph. Quasi stella matutina.

Capit. Prov. 31.

M Ultæ filia congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.

Vers. Elegit eam. *Vers.* Diffusa est gratia.

In secundis Vesperis.

Antiph. Dum esset Rex, ut in Laud. Psalmus de com. non Virg. & à Capit. de Octav. Apost.

Pro comm. S. Elisabeth.

Antiph. Elisabeth pacis, & patriæ mater, in cælo triumphans, dona nobis pacem. *Vers.* Ora pro nobis Beata Elisabeth.

Vers. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. *Oratio.* Clementissime Deus, &c. ut supra.

Missæ. Cognovi Domine, &c. de Comuni nec Virg. nec Mart. *Oratio propria ut supra.*

DIE IX. JULIJ.

In Festo S. Nicolai & Soc. Mart.

Duplex 2. class.

Omnia de Comuni plurimorum Martyrum extra tempus Paschale, præter sequentia. *Oratio.*

D Deus, qui beatorum Martyrum tuorum, Nicolai, & Sociorum

139
ejus, gloriosum pro Fide tua certamen æternitatis laurea decorasti: concede propitius; ut eorum meritis, & imitatione certantes in terris, cum ipsis coronari mereamur in cælis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Sæculum decimumquintū, Calvinianæ pravitatis tumultibus memorabile, insigne Christianæ fortitudinis in Belgio tulit exemplum. Anno liquidem millesimo quingentesimo septuagesimo secundo novēdecim Martyres, vulgo Gorcomienses, in cruciatibus sustinendis, pro asserenda reali Corporis Christi in Eucharistia præsentia, ac Romani Pontificis visibilis Ecclesiæ Capitis principatu, singulariter enituerunt. Erant ij Nicolaus PicKius Guardianus, cum alijs octo Sacerdotibus, & duobus laicis Ordinis Fratrum Minorum de Observantia; tres Parochi, unus Sacerdos sæcularis, alter Canonicus Regularis sancti Augustini: Dominicanus unus, & bini Præmonstratenses; quos omnes post arcis Gorcomiensis deditionem fædifragi hæretici carceribus, contumelijs, durissimisque tormentis, pro suo in Orthodoxam fidem exasperato genio affecerunt. Ac prima nocte in Guardianum atrocius debacchantes, fune cinctorio de superliminari suspensum; crebrisque attractibus convulsam; rupto tandem fune pavimento illisum, mortis explorandæ causa, cædelis

delis ardentibus admotis, cremataq̄;
tota facie, & ore vi deducto linguā,
& palatum comburunt: quin etiam
in ferram naribus flammam in cere-
brum submittunt. Atque his alijsque
modis indignis Martyres diebus no-
ctibusque subsequētib; continuo
divexabantur. *R.* Sancti tui Domine
mirabile consecuti sunt iter, servien-
tes præceptis tuis ut invenirentur il-
læsi in aquis validis: * Terra ap-
paruit arida; & in mari Rubro via si-
ne impedimento. *Vers.* Quoniam per-
cussit petram, & fluxerunt aquæ, &
torrentes inundaverunt. Terra.
Benedictio. Christus perpetuæ.

Lectio v.

Navigio dein, extractis vestibis,
bini colligati, Dordracum pri-
mò, Brilam postea vehuntur; innu-
meris utrimque petulantis plebis il-
lusionibus, & insanientis militiæ fu-
roribus contusi: dumque subsanna-
tiones, flagra, & fustes depluerent,
stabant senes [quorum aliqui sexa-
gesimum, aliqui septuagesimum an-
num excefferant; unus nonagesimū
propè attigerat] ad pectus usque nu-
dati, collo strigoso præmacie, tum é
plagis livido atque cruento; & ad
singula verbera vel pro inimicis pre-
ces, vel Deo grates, vel agonis sui cō-
mendationes, spectante & insultan-
te multitudine, rependebant. Inde in
foetidissimum carcerem conjecti, fa-
me & siti, alijsque tormentis tenta-
ti, ut Catholica fide recederent: post-
modum blanditijs allekti nec minis,
nec lenocinijs invictam Martyrum
fortitudinem flexerunt; quare capitis

sententia, multa jam nocte á tyran-
no lata damnati, dirissimis cruciati-
bus affecti, bini colligati, extra oppi-
di portas abducuntur.

Resp. Verbera carnificum non timue-
runt sancti Dei, morientes pro Chri-
sti nomine: * Ut heredes fierent in
domo Domini.

ŷ. Tradiderunt corpora sua propter
Deum ad supplicia. Ut heredes. *Be-
nedictio.* Ignem sui amoris.

Lectio vj.

Repertum tugurium fuit illis
ultimi certaminis stadium. A-
lius itaque alium ad constantē mar-
tyrij tolerantiam extimulabat; quo-
rum antesignanus Guardianus ad
supplicium raptus, Fratres suos am-
plexus & osculatus, ab exhortandis
socijs, verbis Apostolico fervore ple-
nis non destitit; donec ei, adstrictis
faucibus, vocis usum laqueus inter-
cepisset. Post eum reliqui subsequē-
ter in trabem aguntur. Non quievit
hic hereticæ feritatis barbaries; nam
scrutatis intimis visceribus, perqui-
sitoque abdomine pretio venali ex-
ponendo, Martyrum corpora, nari-
bus, alijsque partibus mutilarunt;
quas in cōsummatæ crudelitatis ex-
uvias pileis affixas, infami ludibrio
circumtulerunt: totaque dies explē-
dæ adventantium curiositati fuit da-
ta; donec quidam Catholici impe-
trarunt corpora suffossæ ibidem hu-
mi mandari. Ubi inter medios Ec-
clesiæ hostes multis annis requieve-
runt, usque dum industria piorum, e-
ruta sacra eorum ossa ad partes Ca-
tholicorum vicinas delata sunt, ubi

MOX

mox miraculis clarescere cœperunt. Quibus permotus Clemens Papa Decimus eos Beatorum fastis adscripsit, ac Officium de ijs nona Julij quotannis in Hollandia, & ab Ordinibus Religiosis, quos suo martyrio decorarunt, celebrari concessit.

Resp. Tanquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quasi holocausti hostiã accepit illos; & in tempore erit respectus illorũ: Quoniam donum, & pax est electis Dei. *Ÿ.* Qui confidunt in illum, intelligēt veritatem; & fideles in delectatione acquiescent illi. Quoniam donum. Gloria Patri. Quoniam donum.

IN III. NOCT.

Homilia S. Gregorij Papæ in Evangelium. Cum audieritis prælia, ut in Communi plurimorum Martyrum.

Resp. viij. Hæc est vera fraternitas.

Missæ. Intret in conspectu tuo Dñe, ut in Communi plurimorum Martyrum extra tempus Paschale, primo loco. *Oratio.* propria, ut supra.

DIE XX. JULIJ.

In Fests S. Margaritæ Virg. & Mart.

Duplex.

Oratio. Indulgentiam, &c.

In primo Noct.

Lect. de Script. occurrent.

In 2. Noct. Lect. iv.

Margarita, quæ & Marina, Antiochiæ Pisidiæ, patre Ædesio idolorum Sacerdote nata á teneris annis Christianæ Religioni addicta, baptizata est. Quæ cum eximiæ esset pulchritudinis, á Præfecto Oly-

brio adamatur, Cumque eam sibi sibi juberet, ita illam alloquitur: Tuũ nobis, puella, & nomen, & religionẽ edicito: Tum illa, Margarita, inquit, vocor, genere sum nobilis, religione Christiana.

Ÿ. Propter veritatem, &c.

Lectio v.

AT Præses: Duo prima convenientia sunt: tertium veró absurdita res est. Nam quid stultius, quã ut Deum sibi quis faciat crucifixum? Ad hæc Virgo: Unde, dic oro, didicisti Dominum Jesum fuisse crucifixum? Tum Præses, ex libris Christianorum. Cui Margarita: Quænam verecundia est, ut cum in eisdem libris legatur, & pœna Christi, & gloria, alterum credatis, alterum respiciatis?

Ÿ. Dilexisti, &c.

Lectio vj.

His vehementer ira accensus Præfectus, varia tormentorum genera in sancto illo corpusculo consumpsit. Primum enim virgis cæsam, deinde unguis fossam, in carcerem trudi jubet: ubi & spectro dæmonis sub forma terrifici draconis appetitur: sed ad signum Crucis tota vis diaboli prosternitur: Produci- tur iterum Virgo, & cum in confessione fidei constantior perseveraret, ardentibus facibus latera ejus exuruntur. Denique, multis superatis tormentis, truncato capite, victorem per tot coronas spiritum cælum excepit.

Ÿ. Afferentur, &c.

In tertio Nocturno, Evangelium. Simile erit.

erit regnū cœlorum, &c. ut in *Com-
muni Virginum.*

DIE IX. AUGUSTI.

In Festo S. Francisci Solani Conf.

Duplex maius.

*Omnia de communi conf. non Pent. primo
loco.*

DIE XXVI. AUGUSTI.

In Festo S. Rochi Conf.

Duplex maius.

*Omnia dicuntur de communi Confessoris non
Pontificis, præter orationē & Lectiones secun-
di Nocturni, qua hic ponuntur.*

Oratio.

DEus qui Beato Rocho per An-
gelum tuum tabulam eidem
asserentem promisisti, ut qui ipsum
pie invocaverit, a nullo pestis crucia-
tu læderetur, præsta quæsumus, ut
qui ejus natalitia agimus ipsius me-
ritis a mortifera peste corporis & a-
nimæ liberemur. Per Dominum, &c.

*Deinde fit commemoratio Oct. Assump-
tionis, & Sancti Laurentij, & S. Clare.*

*In Primo Nocturno Lectiones de Libro
Sapientia, Justus si morietur; ut in commu-
ni Conf.*

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

ROchus Confessor ex Joanne, &
Franca Montispessulani oppidi
in Gallia Narbonensi Dominis na-
tus, quam primum eductus est in hanc
lucem, Crucis rubræ schemate visus
est insigniri: Quod præclaram pueri
indolem, ac virtutem portendebat.
Et quidem anno ætatis duodecimo

cœpit parce, & duriter vivere, & Deo
ferventius famulari. Circa vicefimū
verò annum defunctis parentibus,
substantiam expendit in pauperes,
ipsumque Montem pessulanum pa-
truo possidendum reliquit, assump-
toque habitu Tertij Ordinis Sancti
Francisci viatorio, in partes secessit.
Italiae ad limina Sanctorum Aposto-
lorum religiose veneranda. Tu au-
tem.

ix. Honestum. Lectio v.

CUmque popularis lues penè
singula oppida vastaret, servire
in publicis infirmorum hospitij
proposuit. Ac primum Aquæpendē-
tium Cesenne, de hinc Romæ suis
precibus, imo & contactu, signoque
Crucis impresso, tactos pestilenti fe-
bre plurimos perfectè curavit: simili-
que factò in alijs Longobardiæ op-
pidis, in quibus pestis desæviebat,
Placentiam venit, ubi dum ægros sua
ope, & opitulatione refovet, præ-
monetur à Deo, se etiam gravi mor-
bo conflictatum iri. Interea graviter
dolens, ex femore sagitta transfixo,
dolorem vincit patientia, & animi
fortitudine admirabili: unde recrea-
tus, & sanitati restitutus cogitat de
reditu in ditionem suam. Tu autem,
ix. Amavit eum.

Lectio vj.

IN itinere morbus usque adeo a-
cerbus, & acutus Beatum Ro-
chum exagitat, ut in sylva quadam
subsistere necesse habuerit, & versa-
re se variè sub arbore; omni quidem
humano subsidio destitutus, sed Deo
impense commendatus, Cujus pro-
videntia

videntia singulari, canis viri cuiusdam nobilis, quotidie panem ei afferebat ad victum diarium. Inde Montempeffulanum regressus (ubi tum temporis incompositus erat Reipublicæ status) & pro exploratore habitus, in carcerem fuit coniectus, & calamitatibus, atque ærumnis, insuper & lue epidimica divexatus: Sacramento Eucharistiæ munitus, antequam expiraret, obtinuit á Deo, ut quisquis peste impetitus eum invocaret, ab ipso morbo liberaretur. Hic tandem stolam gloriæ indutus, quo cœpit apud Deum perfrui sempiterno, anno ætatis tricesimo secundo, Christi autem millesimo trecentesimo vigesimo septimo. Cujus intercessionis auxilium ad restringendam depopulantis pestis contagionem manifestissime sunt experti Patres Concilij Constantiensis anno quadringentesimo decimo quinto supra millesimum. Tandem ipsius corpus varijs signis illustre Venenetas trãslatum fuit, anno Christi millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto: ubi etiam nunc quiescit. Ex tunc vero cœpit esse celebris ejus memoria per Italiam, Galliam maximè, ac cæteras Orbis Regiones. Tu autem.
 R. Iste homo, &c.

DIE IV. SEPTEMBRIS.

*Translatio S. Rosæ Virg. Viterbiensis
 Duplex. 2. class. cum oct.
 Ad Vesperas Antiph.*

HÆc est virgo sapiens. *Cum reliquis de Cõmuni Virginum. In utrisque Vesperis, & Laudibus.*

V. Ora pro nobis Beata Rosa.
 R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

DEus, qui Beatam Rosam Sanctarum tuarum Virginum collegio aggregare dignatus es: tribue nobis quæsumus, ut ejus precibus, & meritis á culpis omnibus expiemur, & tuæ Majestatis cõsortio perfruamur æterno: Per Dominum nostrum, &c.

De festo semiduplici precedenti nulla fit commemoratio.

Ad Matutin. Invitatorium.

Regem Virginum Dominum: * Venite adoremus. *Psalm. Venite exultemus. Hymnus. Virginis proles. Cum reliquis ut in communi Virginum.*

In primo Nocturno Lektionen de Epistola ad Corinbios, de Virginibus.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Rosa Viterbij pijs Parentibus nata ab ipsa infantia omni virtute enituit, facta perfectionis Magistra cum vix loqui didicisset. Mundi exosa vanitates, rudi amictu pedum nuditate, cilicio, jejunijs, alijsq; austeritatibus, corpusculum affligens divinæ contemplationi jugiter vacabat. Hanc verò eximiam sanctitatē insigni miraculo Deus testatam voluit; nam adhuc puella avunculam defunctam ad vitam revocavit. Ad Virginitatem, quam perpetuo coluit solo aspectu intuentium animos excitabat. Charitatis erga pauperes studiosissima. cum aliquando hyberno tempore subtractum sibi, panem clā

D illis

illis deferret, patre imperante, ut proderet, quid gremio absconditum ferret, panis in rosas conversus est.

Lectio v.

CUm septimum expleisset annū, solitudinis desiderio flagrans domus suæ angustam cellulam elegit, cui se tanquam voluntario carceri inclusit, & orationi, corporisque castigationi ardentem incumbens Dei clementiam deprecabatur pro Sanctæ Ecclesiæ tranquillitate, quam Friderici Secundi Imperatoris impietas accerrimè divexabat. Ex diutina autem maceratione in morbum lethalem incidit, in quo Beatæ Virginis visitatione recreata, Habitum Tertij Ordinis S. Francisci induere iussa est. Decennis à Deo inspirata pijs adhortationibus, validisque argumentis, multos hæreticos ad fidem, & obedientiam Romani Pontificis reduxit. Qua de causa cum tota cognatione sua in exilium ejecta ad vicina oppida venit, ubi Friderici mortem, & Ecclesiæ pacem prophetico spiritu prædixit. Mulierem cæcam à nativitate illuminavit, & ad fidei veritatem astruendam succensum rogam ingressa, ac tribus horis in eo illæsa permanens, cujusdam hæreticæ mulieris pervicaciam vicit, eamque cum alijs ad fidem convertit.

Lectio vj.

TAndem Viterbium summa Civium gratulatione reversa in consortium Sæctimonialium S. Mariæ de Rosis admitti petijt, sed illis ingressum ob puellæ inopiam denegantibus, se mortuam in eo Cœno-

bio commoraturam prædixit. Mox ad pristinum domus suæ carcerem regressa cum in ea duobus annis permanisset, morbo correpta, & ad beatam Patriam suspirans meritis plena migravit ad sponsum decimo octavo suæ vitæ anno nondum exacto. Corpus ejus miro splendore illustratum, suavique odore perfusum, in Tèplo Sanctæ Mariæ de Podio effosa humo, ac desuper ingesta, tumulatum fuit, donec post triginta circiter mense ab Alexandro IV. tunc Viterbij sedente, & in somnijs ter ab ea admonito refoffum, & incorruptum reperi- tum, pridie Nonas Septembris ad præfatum Monasterium, quod postea Sanctæ Rosæ nuncupatum est, solemniter translatum fuit, ubi usq; ad hodiernum diem integrum, & flexibile summa totius Orbis admiratione asservatur, & novis semper miraculis coruscat.

In tertio Nocturno Homilia S. Gregorij Papa de communi Virginum primo loco. Ad Laudes omnia de communi Virginum.

Ÿ. Ora pro nobis, &c. Oratio. Deus qui Beatam Rosam, ut supra in Vespere.

Die v. Septembris.

Secunda die infra octavam S. Rosæ Virg. Semid. lect. 2. noct. de Communi Virg. I loco Homilia ex die S. Leocadæ Virg. & M. 9. Decembris, ut in proprio Hispanorum.

Die vj. Septembris.

Tertia die infra octavam S. Rosæ Virginis Semiduplex.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Ambr. Episc.

Lib. 1. de Virgin. paulo ante medium.

EGo licet laudationem non susceperim virginittatis, sed exprefionem; ad rem tamen pertinere arbitror, ut quæ fit ei patria, quis auctor, appareat. Ac prius ubi fit patria, definiamus. Si enim ibi est patria, ubi genitale domicilium: in cælo profecto est patria castittatis: itaque hic advena, ibi incola est. Quid autem castitas virginalis, nisi expers contagionis integritas? Atque ejus auctorem quem possumus existimare, nisi immaculatum Dei Filium, cujus caro non vidit corruptionem, divinitas non est experta contagionem?

℞. Propter veritatem.

Videte igitur, quanta virginittatis merita sint. Christus ante Virginem, Christus ex Virgine; à Patre quidem natus ante sæcula, sed ex Virgine natus ob sæcula. Illud naturæ suæ, hoc nostræ utilittatis est. Illud erat semper, hoc voluit spectare aliud virginittatis meritum. Christus Virginis Spõsus, & si dici potest, Christus virgineæ castittatis. Virginittas enim Christi, non Virginittatis est Christus. Virgo est ergo, quæ nupsit, Virgo, quæ nos suo utero portavit, Virgo, quæ genuit, Virgo quæ proprio lacte nutrit. Sed jam à matre descendamus ad filias.

℞. Dilexisti justittiam.

DE virginibus inquit Apostolus, præceptum Domini non habeo, cõsilium autem do, Si Doctor gentiũ

non habuit, habere quis potuit? Et præceptum quidem non habuit, sed habuit exemplum: non enim imperari potest virginittas, sed optari. Nam quæ supra non sunt, in voto magis, quam in magisterio sunt. Sed volo vos, inquit, sine sollicitudine esse: nam qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sint, quomodo placeat Deo. Et virgo cogitat quæ Domini sint, ut sit sancta corpore, & spiritu. Non ego quidem dissuadeo matrimonium, sed virginittatis attexo beneficium.

℞. Afferentur Regi.

Lectio S. Evangelij Secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso, & sponsæ. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Hanc parabolam quidam simpliciter in virginibus interpretantur; quarum aliæ, juxta Apostolũ, & corpore, & mente sunt virgines; aliæ virginittatem tantum corporum reservantes, vel cetera opera non habent proposito suo similia; vel parentum custodia reservatæ; nihilominus mente nuplerunt. Sed mihi videtur ex superioribus alius sensus esse, qui dicitur; & non ad virginalia corpora, sed ad omne hominum genus

comparatio pertinere.

℞. Hæc est virgo sapiens.

Lectio viij.

Qui idcirco omnes virgines appellatur, quia gloriantur in unius Dei notitia, & mens eorū idolatriæ turbine non constupatur. Oleum habent Virgines, quæ juxta fidem, & operibus adornantur. Non habent oleum quæ videntur simili quidē fide Dñum cōfiteri, sed virtutū opera negligunt. Possumus quinque virgines sapientes, & stultas, quinque sensus interpretari, quorum alij festinant ad cælestia, & superna desiderant, alij terrenis fecibus inhiantes fomenta non habent veritatis, quibus sua corda illuminent.

℞. Media nocte clamor.

Lectio ix.

Dicamus aliquid quod forsitan Lectori utile sit. Traditio Judæorum est, Christum media nocte venturum in similitudinem Ægyptij temporis, quando Pascha celebratum est, & exterminator venit: unde reor, & traditionem Apostolicam permansisse, ut in die Vigiliarū Paschæ ante noctis dimidium populum dimittere non liceat, expectantes adventum Christi: & postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta, festum cunctos agere diem. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ. Quæ lampades suas querunt ut extingui; ostendunt eas ex parte lucere; & tamen non habent lumen indeficiens, nec opera perpetua.

Te Deum laudamus.

Die vij. Septembris.

Quarta die infra Octavam S. Rosæ Virginis Semiduplex.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Maximi Episc.

In Natali S. Agnetis.

Lectio iv.

Cum in toto mundo virgineus flos Mariæ immarcescibiles coronas innectat, & sceptrigeram pudoris aulam immaculato conservet affectu, eo usque integritas perseveravit ad palmam, ut in puellis trophæum sanctitatis arriperet, & per vestigia Matris Virginis ad cælestem thalamum perveniret. O quàm imitabile virginibus, Virgo Rosa, tu amoris tradidisti exemplum, ô quàm sanctum pectoribus dandum virginibus tribuisti responsum, cōtemnendo mundi divitias, execrando carnis concupiscentias, & solam Christi pulchritudinem adamando! Accedite ad puellam puellæ, & discite, quales in pectore suo circa amorē Christi flammam accendit. Discite virgines Christi amorem in ea ferventem, & omnes, mundi divitias velut stercora recusantem.

℞. Propter veritatem.

Lectio v.

Ideo enim Sanctorum per litteras traduntur exempla, ut unusquisque pro qualitate sexus, modum sui propositi teneat; & sicut per virginem virgines, ita conjugem conjuges vincere sæculum pro Christi amore studeant: ac repugnatione animi, mundi dulcia recusantes, & ejus non recusantes austeram, ad delectationes perpetuas,

petuas, & ad gaudia æterna pertin-
gant. Hæc dicentes, non vitupera-
mus conjugum casta commercia, sed
virginum perseverantiam adorna-
mus. Non enim virginitas malis re-
bus superponenda est, sed est rebus
optimis præferenda. Quæ enim mû-
dis mundior, & sanctis est sanctior,
non indiget malarum rerum vitupe-
ratione laudari.

R. Dilexisti iustitiam.

Lectio vi.

Veni jam virgo ad thalamum,
quem quæstisti ut sponsam te
virginitas immaculata comprobet
Christi. Felix caterva virginum,
quibus studium est tuæ sequi confes-
sionis vestigia. Habebunt enim te-
cum coronam in cælo, quæ tecum
superaverunt inimicum in mundo.
Nam sicut tibi vestigia prosequenti
participatio æternæ remunerationis
apparuit, ita eis te imitantibus æter-
na credimus gaudia non neganda.
Itaque ó splendida Christo Dei Fi-
lio, & omnibus Angelis, atque Ar-
changelis grata, ut nostri meminisse
digneris, quibus possumus, precibus
exoramus; ut nobis ille tribuat in-
dulgentiam, qui tibi tuorum omniũ
laborum tradidit palmam.

R. Afferentur Regi virgines.

In tertio Nocturno.

Homilia ut in die S. Cæciliae 22. Nov.
Vesperæ Nativitatis B. Mariae: virg. sine
aliqua commemoratione.

Die viij. Septembris.

Nativitas B. Mariae Virginis duplex 2.
classis, cum 9. lectione, & commemorat. S.
Adriani tantum.

Die ix. Septembris.

De secunda die infra Octavam Nativitatis
B. Mariae, cum commemoratione S. Rosa, &
Gorgonij Martyris.

Die x. Septembris.

De S. Nicolao Tolentino Confessore duplex
cum commemoratione Octavarum. Vesperæ
à Capitulo de die Octava S. Rosa, cum com-
memoratione S. Nicolai, & Octava Nativi-
tatis B. Mariae.

Die xj. Septembris.

In die Octava S. Rosæ Viterbienfis;
Duplex.

In secundo Nocturno.

De Epistola S. Hieronymi Presby-
teri ad Eustochium.

De Custodia Virginitatis, Tomo I. circa
medium.

Lectio iv.

DE Virginibus, inquit Apосто-
lus, præceptum Domini non
habeo. Cur? quia, & ipse ut esset Vir-
go, non fuit imperij, sed propriæ vo-
luntatis. Neque enim audiendi sunt,
qui eum uxorem habuisse configunt;
cum de continentia differens, & sua-
dens perpetuam castitatem, intule-
rit: Volo autem omnes esse sicut me
ipsum, & infra: Dico autem innup-
tis, & viduis: Bonum est illis, si sic
permaneant, sicut & ego. Quare er-
go non habet Domini de virginitate
præceptum? quia maioris est merce-
dis, quod non cogitur, & offertur;
quia si fuisset virginitas imperata,
nuptiæ videbantur ablatae, & duri-
ssimum erat contra naturam cogere,
Angelorumque vitam ad homini-
bus extorquere.

R. Propter veritatem.

Lectio

ALia fuit in veteri legi felicitas. Ibi dicitur: Beatus, qui habet semen in Sion, & domesticos in Jerusalem: & Maledicta sterilis, quæ non pariebat: & Filij tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ. Vacuus erat orbis, & ut de typicis taceam, sola erat benedictio liberorū. Propterea, & Abraham jam senex Ceturæ copulatur, & Jacob mandragoris redimitur, & conclusam vulvā in Ecclesiæ figuram Rachel conqueritur. Paulatim verò crescente segete, messor immissus est. Virgo Elias, Eliseus virgo, virgines multi filij Prophetarum. Jeremiæ dicitur: Et tu ne accipias uxorem. Santificatus in utero, captivitate propinqua, uxorem prohibetur accipere. Alijs verbis id ipsum Apostolus loquitur: Existimo hoc bonum esse propter instantē necessitatem. Quæ est ista necessitas, quæ aufert gaudia nuptiarum? Tempus breviatum est, in proximo est Nabuchodonosor.

ꝫ. Dilexisti justitiam,

Inveniebatur ergo, ut diximus, in viris tantūm hoc continentiae bonum, & in doloribus jugiter Eva parturiebat: postquam verò Virgo concepit in utero, & peperit nobis Puerum, cujus principatus in humeros ejus, Deum, Fortem, Patrem futuri sæculi, soluta maledictio est. Mors per Evam, vita per Mariam. Ideoque editius virginitatis donum fluxit in foeminas, quia cepit a foemina, Statim ut Filius Dei ingressus

est super terram, novam sibi familiam instituit, ut qui ab Angelis adorabatur in cælo, haberet Angelos, & in terris. Tunc Holofernis caput Judith continens amputavit: tunc Amam, qui interpretatur iniquitas, suo combustus est igni: tunc primum auditum est: Quæ non est nupta, cogitat quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore, & spiritu.

ꝫ. Afferentur Regi Virgines.

In tertio Nocturno. Homilia ut in die Festo. Deinde fit commemoratio Nativit. B. Mariae, & in secundis Vesperis.

DIE XXII. SEPTEMBRIS.

In Festo nominis B. V. Mariae

Duplex.

AD VESPERAS.

Antiph. Missus est Angelus Gabriel ad Virginem desponsatam Joseph: & nomen Virginis Maria. *Psalm.* Dixit Dominus, cum reliquis de Beata Maria. *Antiph.* A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini, & Mariæ Matris ejus. *Antiph.* Ave Maria, gratia plena: Dominus tecū: Benedicta tu in mulieribus.

Antiph. Permaneat, & magnificetur nomen tuum usque in sempiternum. *ô Maria.*

Antiph. Lauda Jerusalem Dominum, lauda inclytum nomen Mariæ.

Capitulum. Jud. 13.

Benedicta es tu filia a Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram: quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum.

Hymnus.

Hymnus.

A Ve maris stella,
 Dei mater alma,
 Atque semper Virgo,
 Felix cœli porta.
 Sumens illud Ave.
 Gabrielis ore,
 Funda nos in pace,
 Mutans Hevæ nomen.
 Solve vincla reis,
 Profer lumen cæcis,
 Mala nostra pelle,
 Bona cuncta posce.
 Monstra te esse matrem,
 Sumat per te preces,
 Qui pro nobis natus,
 Tulit esse tuus.
 Virgo singularis,
 Inter omnes mitis,
 Nos culpis solutos,
 Mites fac, & castos.
 Vitam præsta puram,
 Iter para tutum,
 Ut videntes Iesum,
 Semper collætetur.
 Sit laus Deo Patri,
 Summo Christo decus,
 Spiritui Sancto,
 Tribus honor unus Amen.

✠. Sit nomen Mariæ benedictum.
 Resp. Ex hoc nunc, & usq; in sæculū.

Ad Magnificat.

Ant. Mariæ nomen cunctas illustrat
 Ecclesias: cui fecit magna, qui potēs
 est, & sanctum nomen ejus.

Oratio.

Deus qui gloriosam matrem tuā
 nominari Mariam voluisti: cō-
 cede, quæsumus, ut qui dulce Mariæ
 nomen implorant, perpetuū sentiant

tuæ Benedictionis effectum. Qui vi-
 vis, & regnas, &c.

*Deinde fit commem. Sanctorum Corne-
 lij, & Cypriani Pontificum, & Martyrum.
 Ad Matutinum, Invitatorium.*

Ave Maria, gratia plena: * Dominus
 tecū. Ave Maria, gratia plena Dñus
Psal. Venite exultemus. (tecū.

Hymnus.

Quem terra, pontus, sidera,
 Colunt, adorant, prædicant,
 Trinam regentem machinam,
 Claustrum Mariæ bajulat.
 Cui Luna, Sol, & omnia
 Deserviunt per tempora;
 Perfusa cœli gratia,
 Gestant puellæ viscera.
 Beata Mater munere,
 Cujus supernus Artifex
 Mundum pugillo continens,
 Ventris sub arca clausus est.
 Beata cœli nuntio,
 Fecunda Sancto Spiritu,
 Desideratus gentibus
 Cujus per alvum fusus est.
 Jesu, tibi sit gloria,
 Qui natus est de Virgine,
 Cum Patre, & almo Spiritu,
 In sempiterna sæcula. Amen.

Antiph. In universa terra admirabile
 est nomen tuum Maria.

Psal. Domine Dominus noster,
 cum reliquis, ut in Officio ejus parvo. *Antiph.*

In omnē terram diffusa est laus
 nominis Mariæ. *Psal.* Cœli enarrāt.

Antiph. Super maria & flumina fun-
 davit Mariam, & dedit illi nomen
 virtutum Rex gloriæ. *Psal.* Domini
 est terra.

✠. Magnificate Mariam Virginem
 mecum. Et

R. Et exaltemus nomen eius in æternum.

De libro Exodi.

Lectio i. Cap. 15.

Sumpsit Maria Prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum, & ascensorem eius dejecit in mare.

R. Laudemus nomen sacrum, atque insigne Mariæ: * Mundo nam peperit Virgo salutis opem.

ψ. Lætentur cæli de tali nomine, & robis Mundo.

Lectio ij.

Tulit autem Moyses Israel de Mari Rubro, & egressi sunt in desertum Sur. Ambulaverūtque tribus diebus per solitudinem; & non inveniebant aquam. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amaræ: unde & congruum loco nomē imposuit, vocans illum Mara, id est, amaritudinem.

R. Benedictum sit nomen Mariæ: * Cujus manus tornatiles plenæ hyacinthi. ψ. Implorantibus Mariæ nomen, Maria præsto adest. Cujus.

Lectio iij.

Et murmuravit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus? At ille clamavit ad Dominum. Qui ostendit eis lignū, quod cū mississet in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Ibi constituit ei præcepta atq; judicia, & ibi tentavit eum, dicens:

Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta illius, cunctū languorem, quem posui in Ægypto, nō inducam super te: ego enim Dominus sanator tuus.

R. Salutemus Mariam pro nobis Filium exorantē: * Et illi dicamus: * Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. ψ. Hæc est Gedeonis vellus, quæ levissima orationis compressione larga exhibet gratiarum stillicidia. Et illi dicamus, Gloria Patri.

Ave Maria.

In secundo Nocturno.

Antiph. Speciosum Mariæ nomen deprecantur omnes divites plebis, cuius decorem concupivit Rex. *Psalm.* Eructavit cor meum, &c.

Antiph. Refugium est in tribulationibus Mariæ nomen, omnibus illud invocantibus. *Psalm.* Deus noster refugium. *Antiph.* Maria civitas Dei sancta gloriosa dicta sunt de nomine sancto tuo.

Psalm. Fundamenta eius. ψ. Repleatur os meum laude Mariæ.

R. Ut cantem gloriam nomini sancto eius.

De Sermone S. Epiphaniij Episcopi. *Apud Surium, tom. 6. de vitis Sanct. die 8. Decemb.*

Lectio iv.

Beata Anna gravida effecta, cælum, & thronum cherubicum peperit Sanctam Puellam Mariam, illa enim reperitur esse cælum, templum, & thronus; quia Mariam interpretari solemus Dominam, atque etiam

etiam spem. Peperit enim Dominū, qui est spes totius mundi, nempe Christum. Rursum nomen illud Maria interpretatur, myrrha maris: myrrham veró dicet aliquis [quod ego etiam aio] de immortalitate, eo quod paritura esset gemmam immortalem in mari, hoc est in mundo. Mare autem dicet universum mundum, cui Virgo serenitatem, & tranquillitatem contulit, dum portum peperit Christum.

R. Benedicte tu á Domino Deo tuo in omni tabernaculo Jacob: * Quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus. *v.* Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu Maria honorificentia populi nostri. Quoniam.

Lectio v.

Rursum itaque præclaræ Puellæ Mariæ beatum nomen interpretatur, illustrata, ut pote quæ illustrata sit á Filio Dei, & cunctos usque ad terminos terræ credentes Trinitati illuminaverit. Sancta enim puella Virgo Maria est sponsa Trinitatis, & thesaurus dispensationis plané arcanus, cui Gabriel inquit: Ave gratia plena, Dominus tecum, Subjuxit Gabriel: Et Pater misit archabonem de cælo Spiritum Sanctum, præparavit Virginem Unigenito Filio, cælesti Sponso: quam Pater dilexit, filius inhabitavit, Spiritus Sanctus percipivit.

Resp. Melius est bonum nomen, quã divitiæ multæ: * Turris fortissima Mariæ nomen. *v.* Propugnaculum est omnibus, qui ad illud cõfugiunt.

Turris fortissima Mariæ nomen.

Lectio vj.

Ipsa est enim sponsa, & thalamus, & ex ea Sponsus procedit Christus, virgineum indumentum, juxta suavem Davidis Prophetæ cantionem. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. O Sponsi desiderium summæ puritatis! propriam ancillam propensiore affectu constituit Sponsam, & Matrem.

Resp. Nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei: * Et scient, quia ego Maria. *v.* Delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Et scient, quia ego Maria. Gloria Patri. Et scient.

In tertio Nocturno.

Antiph. Nunciate inter Gentes gloriã Mariæ: in omnibus populis mirabilia nominis ejus.

Psalms. Cantate Domino i. *Antiph.* Annunciaverunt cæli nomen Mariæ, & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Psalms. Dominus regnavit exulter.

Antiph. Notum fecit Dominus sacrũ Mariæ nomen, & in conspectu gentium revelavit virtutẽ nominis ejus.

Psalms. Cantate Domino ij.

v. Ave Maria, gratia plena.

R. Dominus tecum.

Lectio Sancti Evangelij secundũm Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel á Deo in civitatem Galilææ, cui nomẽ Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen

E erat

erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Homil. 2. super Missus est prope fin.

ET nomen, inquit, Virginis Maria. Loquamur pauca, & super hoc nomine, quod interpretatum, maris stella dicitur, & Matri Virgini valde convenienter aptatur. Ipsa namque aptissime fieri cōparatur: quia sicut sine sui corruptione fidus suum emittit radium, sic absque sui læsione Virgo parturit Filium. Nec fieri radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Jacob orta, cujus radius universum orbem illuminat, cujus splendor & præfulget in supernis, & inferos penetrat: terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora, fovet virtutes, excoquit vitia. Ipsa, in quam, est præclara, & extrema stella super hoc mare magnum, & spaciosum necessario sublevata, micans meritis, illustrans exemplis.

R. Clarissimum Mariæ nomen, ipsa stella est præfulgens: *Peccatores illuminat, & dirigit in portum salutis.

V. Consolatur tristes, mileros levat; & jacentes erigit. Peccatores. *Benedictus* Cujus festum colimus, ipsa Virgo Virginum, &c.

Lectio viij.

Quisquis te intelligis in hujus sæculi pro fluvio magis inter procellas, & tempestates fluctuare quam per terram ambulare, nec avertas oculos à fulgore hujus sideris,

si non vis obrui procellis. Si insurgat venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si jactaris superbiæ undis, si ambitionis, si detractōnis, si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra naviculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientia fæditate confusus, judicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristia, desperationis abyfso, cogita Mariam.

R. Omnia flumina intrant in mare, & ipsum non redundat: Omnia gratiarum charismata in Mariam, & ipsa non intumescit.

V. Dixit illi Angelus: Ave Maria, gratia plena: at ipsa respondit: Ecce ancilla Domini. Omnia. Gloria. Omnia.

Si hoc festum celebretur in quatuor temporibus, nona Lectio dicitur de homilia Feria occurrentis, & de ea fit commemor. ad Laudes tantum.

Lectio ix.

IN periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde, & ut impetres ejus orationis suffragiū, non deseras cōversationis exemplum. Ipsam sequens, non devias: ipsam rogans, non desperas: ipsam cogitans, non erras: ipsa tenente, non corruis: ipsa protegēte, non metuis: ipsa duce, non fatigaris: ipsa propitia, pervenis: & sic in temetiplo experiris, quam merito dictū sit: Et nomen Virginis Maria.

Te

Te Deum laudamus.

Ad Laudes, & per Horas. Antiph. Mirabiles elationes maris, sed mirabilior in nomine Mariæ Dominus. *Psalm.* Dominus regnavit, *cũ reliquis de Laudibus Domin.* *Antiph.* Laudate in exultatione Mariæ nomen, quoniam suave est. *Antiph.* Labia mea laudabunt te, ô Maria, quia dulce est nomen tuum super mel ori meo.

Antiph. Spiritus, & animæ justorum benedicant Mariam in nomine sancto ejus. *Antiph.* Beneplacitum est Domino in nomine Mariæ, in quo exaltavit mansuetos in salutem.

Capit. Jud. 13.

Benedicta es tu filia á Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram: quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum.

Hymnus.

O Gloriosa Virginum,
Sublimis inter sidera;
Qui te creavit, parvulum
Lactente nutris ubere.
Quod Heva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent ut astra flebiles,
Cœli recludis cardines.
Tu Regis alti janua,
Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptę plaudite.
Jesv, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

V. Lætabor, & exultabo in te, Maria.
R. Psalmum dicam nomini tuo.

Ad Benedictus.

Antiph. Benedictus Deus, qui Mariæ Virgini lucis nomen donavit, ut illuminaret eos, qui in tenebris sedent; & ut stella maris errantes dirigeret in portum pacis.

Oratio.

Deus qui gloriosam matrem tuam nominari Mariam voluisti: concede propitius; ut qui dulce Mariæ nomen implorant, perpetuũ sentiant tuæ benedictionis effectum Qui vivis.

Ad Primam.

Antiph. Mirabiles elationes.
R. br. Christe Fili. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam.

Añã. Laudare in exultatione. *Capitulum.* Benedicta es tu filia á Domino: ut supra.

R. br. Magnificate. * Mariam Virginem, mecum. Magnificate.

V. Ex extollamus nomen ejus in æternum. Mariam Virginem mecum, Gloria Patri. Magnificate.

V. Repleatur os meum laude Mariæ.
R. Ut cantem gloriam nomini sancto ejus.

Ad Sextam.

Antiph. Labia mea.

Capitulum. Jud. 13.

Benedicta tu á Deo tuo in omni tabernaculo Jacob: quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

R. br. Repleatur os meum. * Laude
 Mariæ. *R.* Repleatur os meum laude
 Mariæ. *V.* Ut cantem gloriam no-
 mini sancto ejus. *R.* Laude Mariæ.
V. Gloria Patri.
R. Repleatur. *Vers.* Ave Maria, Gratia
 plena. *R.* Dominus tecum.

Ad Nonam.

Antiph. Beneplacitum est Domino.

Capitulum. Exech. 13.

Egressum est nomen tuum in gē-
 tes propter speciem tuam, quia
 perfecta es in decore meo, quem po-
 sui super te: dicit Dominus Deus.

R. br. Ave Maria, gratia plena. *Vers.*
 Dominus tecum. Gratia. Gloria Pa-
 tri. Ave Maria, gratia plena. *Vers.* Læ-
 tabor, & exultabo in te Maria. *R.*
 Psalmum dicam nomini tuo.

In secundis Vesperis.

Antiph. Missus est, cum reliquis, ut in
 primis Vesperis.

Ad Magnificat.

Antiph. Maria Virgo omnium oculis
 gratiosa: nominatum est nomen glo-
 riæ ejus usque in extremum terræ.

MISSA.

Introitus.

Vultum tuum deprecabuntur
 omnes divites plebis; adducen-
 tur Regi. Virgines post eam: proximi-
 mæ ejus adducuntur tibi in lætitia,
 & exultatione. *Psalm.* Eructavit cor
 meum verbum bonum: Dico ego o-
 pera mea Regi.
Vers. Gloria Patri, &c.

Vultum.

Oremus.

Deus, qui gloriosam Matrem
 tuam nominari Mariam vo-
 luisti: concede, quæsumus: ut qui
 dulce ejusdem Mariæ nomen implo-
 rant, perpetuum sentiant tuæ bene-
 dictionis effectum. Qui vivis, &c.

Lectio libri Sapientiæ.

Ego quasi vitis fructificavi suavi-
 tatem odoris: & flores mei fruc-
 tus honoris, & honestatis. Ego ma-
 ter pulchræ dilectionis, & timoris,
 & agnitionis, & sanctæ spei, In me
 gratia omnis viæ, & veritatis, in me
 omnis spes vitæ, & virtutis. Transite
 ad me omnes, qui concupiscitis me,
 & à generationibus meis implemi-
 ni: Spiritus enim meus super mel
 dulcis, & hereditas mea super mel, &
 favum. Memoria mea in generatio-
 nes seculorum. Qui edunt me, ad-
 huc esurient: & qui bibunt me, adhuc
 sitient. Qui audit me, non confunde-
 tur: & qui operantur in me, non pec-
 cabunt. Qui elucidant me, vitam æ-
 ternam habebunt.

Gradual. Benedicta, & venerabilis es
 Virgo Maria: quæ sine tactu pudoris
 inventa es Mater Salvatoris.

Vers. Virgo Dei Genitrix, quem to-
 tus non capit orbis, in tua se clausit
 viscera factus homo. Alleluia. *Allel.*
Vers. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia
 Israel, tu honorificentia populi nos-
 tri. Alleluia.

*Sequentia Sancti Evangelij secundū
 Lucam.*

In illo tempore: Missus est Ange-
 lus Gabriel á Deo in civitatem
 Ga-

Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dñus Deus sedem David patris ejus; & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Credo.

Offertorium.

Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Secreta.

Tua, Domine, propitiatione, & B. Mariæ semper Virginis inter-

cessione, ad perpetuam, atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem, & pacem. Per Dominum, &c.

In præfat. dicitur: Et te in festivitate. Communio.

BEata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium.

Post communio.

Sumptis, Domine, salutis nostræ subsidijs: dà, quæsumus Beata Mariæ semper Virginis patrocinij nos ubique protegi; in cujus veneratione, hæc tuæ obrulimus majestati. Per Dominum, &c.

DIE XXVIII. SEPTEMBRIS

In Festo S. Elesearij Conf.

Semiduplex.

Oratio.

Deus, qui Beatum Elesearium Confessorem tuum inter cetera virtutum insignia, Virginali pudicitia in conjugio decorasti: concede propitius; ut cujus solemnia celebriter veneramur in terris, ejus beata consortia feliciter consequamur in cælis. Per Dominum, &c.

Omnia ut in codice Minorum.

DIE XIX. OCTOBRIS.

In Festo S. Petri de Alcantara Conf.

Dup. 2. class. cum dñt.

In secundis Vesperis S. Luca Evangelistæ secundum Rubricas Breviarij Romani sit de S. Luca cum commemoratione S. Petri de Alcantara: At ubi celebratur festum S. Petri tanquam de Titulari, vel Patrono, Vesperæ fiunt de S. Petro cum commemoratione S. Luca.

A D

AD VESPERAS.

Antiphona.

Sanctus Petrus de torrente mortificationis in via bibit, propterea exaltavit caput in gloria. *Psalm.* Dixit Dominus: *cum reliquis de Dominica & loco ultimi Psalmi,* Laudate Dominum omnes gentes. *Ant.* Memor fuit testamenti Patris sui Francisci, Ecclesias, & domos pauperes ædificavit. *Ant.* In omni angustia, & profusa paratum cor ejus sperare in Domino,

Antiph. A Solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Dñi magnificavit.

Antiph. Omnes gentes laudabant eum, & in conspectu Principum admirabilis fuit.

Capit. Phil. 3.

Fratres, imitatores mei estote, & observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.

Hymnus.

Petre Sol terris oriens Iberis,
Lucis ut spargas radios per Orbem.
Quas tuo læti canimus triumpho,
Suscipe laudes.

Per te in antiquos renovata mores
Clara Francisci soboles nitescit,
Crescit & virtus rediviva largo
Munere Cœli.

Omne, quod vitam maculat per osus,
Mente constanti pereuntis ævi.
Despicis pompam, precibusque placas

Numinis iram.

Artibus castis nimium severus
Te fame, & diris crucias flagellis,
Sternis & noctu fatigata duro

Stipite membra.

Dignus hinc celsas habitare sedes
Sæpe sublimis volitare in altum
Visus, & mundi fugiens tumultum,
Proximus astris.

Nunc preces audi, gemitusque nostros,
Integros nobis sine labe mores,
Et tuos nostris animis salubres

Ingere sensus.

Annuat rerum Sator, & perenne
Sit decus Patri, Genitæque Proli,
Et tibi Flamen, Deus unus omni

Tempore sæcli.

Amen.

Vers. Ora pro nobis Beate Petre.

ps. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

O Virum ineffabilem, qui vivens in carne, spiritu ambulavit, & nihil in terris desiderans, conversationem suam semper in Cœlis habebat.

Oratio.

Deus qui B. Petrum Confessorem tuum admirabilis penitentia, & altissimæ contemplationis munere illustrare dignatus es, concede propitius; ut ejus suffragantibus meritis, carne mortificati cœlestium donorum participes fieri mereamur.
Per Dominum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Regem gloriæ, qui humilem exaltavit. Petrum, venite adoremus. *Psalm.*
Venite exultemus.

Hymnus.

Hymnus.

Petrum Parentis optimi
 Germen canamus inclytum,
 Qui pauperum pauperrimus
 Extrema quæque pertulit.
 Hic Christi amore saucius,
 Ut perditis succurreret,
 Stupenda pœnitentiæ
 Exempla mundo præbuit.
 Sitim, famemque sufferens,
 Et veste tectus hispida,
 Quicquid luendum est noxijs,
 A se flagellis exigit.
 Loris revinctus ferreis
 Exangue corpus conficit,
 Et singulis ex artubus
 Emanat unda sanguinis.
 Dum flexo adorat poplite
 Crucis sacratum stipitem,
 Crux emicat divinitus,
 Ipsumque splendor imbuit,
 Decus Minorum suscipe
 Laudes, precesque supplicum
 Tuos ab alto mitius
 Pater Beate respice.
 Sit laus Patri, sit Filio,
 Tibique Sancte Spiritus,
 Duc per Petri vestigia
 Nos ad superna gaudia.

Amen.

In primo Nocturno.

Antiphona.

Petrus ob pœnitentiam aridæ ra-
 dici similis, secus decursus aqua-
 rum gratiæ plantatus, fructus dedit
 in tempore suo. *Psalm.* Beatus vir, qui
 non abiit. *Añã.* Servivit Domino in
 timore, & exultavit ei cum tremore,
Psalm. Quare fremuerunt *Añã.* Dor-
 mivit, & soporatus est, quia Domi-

nus suscepit eum in oratione. *Psalm.*
 Domine quid multiplicati. *Vers.* A-
 mavit eum Dominus, & ornavit eum.
Resp. Stulam gloriæ induit eum. Pa-
 ter noster. *Absolutio.* Exaudi Domine.
Vers. Jube domne. *Benedict.* Benedic-
 tione perpetua.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Philippenfes.

Lectio 1. Cap. 3.

FRatres, quæ mihi fuerunt lucra,
 hæc arbitratus sum propter Chri-
 stum detrimenta. Verumtamen ex-
 istimo omnia detrimētum esse prop-
 ter eminentem scientiam Jesu Chri-
 sti Domini mei: propter quem om-
 nia detrimentum feci, & arbitror, ut
 stercora, ut Christum lucrifaciam; &
 inveniar in illo non habens meam
 justitiam, quæ ex lege est, sed illam,
 quæ ex fide est Christi Jesu; quæ ex
 Deo est justitia in fide ad cognoscē-
 dum illum, & virtutem resurrectio-
 nis ejus, & societatem passionum il-
 lius; configuratus morti ejus. Si quo-
 modo occurram ad resurrectionem,
 quæ est ex mortuis; non quod jam
 acceperim, aut jam perfectus sim: se-
 quor autem, siquo modo compre-
 hendam, in quo comprehensus sum
 a Christo Jesu.

Resp. Mortuus est Pater noster Sera-
 phicus; & quasi non est mortuus, si-
 milem enim sibi reliquit Petrum post
 se: * Quem constituit defensorem
 domus suæ.

Vers. Hic ambulavit per omnes vias
 Patris sui: non declinavit ad dexte-
 ram, sive ad sinistram: Quem consti-
 tuit. *Benedict.* Unigenitus Dei Filius.

Le. ti

QUicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus revelabit. Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus; & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres, & observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos Crucis Christi; quorum finis interitus, quorum Deus venter est: & gloria in cōfusione ipsorum, qui terrena sapiunt: nostra autem conversatio in Cœlis est: unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū corpori claritatis suę secundum operationem, qua etiam possit subicere sibi omnia.

Resp. Ecce servus meus complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum; * Cum transferis per aquas tecum ero, & flumina non operient te. *Psalm.* Honorabilis factus est in oculis Dei, & gloriosus. Cum transferis. *Benedict.* Spiritus Sancti gratia.

DE cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ; si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, audistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis

erit vobiscum. Gavissus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refluistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. Ego enim didici, in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare: (ubique & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & penuriam pati: Omnia possum in eo, qui me confortat. *Psalm.* Noli timere servus meus, quem elegeri, effundam spiritum meum super sementem tuam: * Benedictionem meam super stirpem tuam. *Psalm.* Germinans germinabit sicut lilium, eritque anima eorum quasi hortus irriguus. *Benedictione.* Gloria Patri. *Benedictione.*

In secundo Nocturno.

Antiphona.

Mirificavit Dominus Sanctum suum, & exaudivit eum clamantem ad se. *Psalm.* Cum invocare. *Antiph.* Exultabat in Deo spiritus eius; & ipse habitabat in eo. *Psalm.* Verba mea. *Antiph.* Admirabile reddidit nomen tuum Domine in universa terra, & ideo constituisti eum super opera manuum tuarum. *Psalm.* Domine Dominus noster. *Psalm.* Os iusti meditabitur sapientiam. *Psalm.* Et lingua eius loquetur iudicium. Pater noster. *Absolutio.* Ipsius pietas. *Benedict.* Deus Pater Omnipotens.

Lectio iv.

Petrus natione Hispanus, nobilibus Parentibus Alcantaræ in Extremadura natus, ab ineunte ætate morum innocentia, & gravitate futuræ præbuit indicia sanctitatis. Vix

sex-

sexto pueritiæ annu attigerat; cum orationi frequenter vacans, supernarum reru contemplationi, attento sic animo adhærere cœpit, ut in Deo totus absorptus interdum extra se riperetur. Provecior deinceps ætate, post studia, in quibus mire indies proficiebat, pijs misericordiæ operibus, carceribus, & infirmis visitandis, Ecclesijs, ac Religiosorum domibus perlustrandis, atque Missis devotè inserviendis tempus omne infumebat. Ab eo tempore atrox corpori suo tanquam infensissimo hosti bellum indicens præter cibi parcimoniam, atque a vino abstinentiam: ob levissimos defectus asperrimis illud flagellis macerabat. Quotidie sibi tanquam mortuo Psalmum De profundis recitans, priusquam cubitum iret, animam suam Deo commendabat.

R. Minister Christi fuit in laboribus plurimis, in plagis supra modum, in itineribus sæpè, periculis fluminum, periculis in solitudine.

* In ærumnis, in vigilijs, & in jejunijs multis, in fame, & siti, in frigore & nuditate. † In omnibus exhibuit semetipsum, sicut Dei Ministrum in multa patientia. In ærumnis. Bened. Christus perpetuæ.

Lectio v.

Altioris perfectionis flamma succensus, Seraphicum strictioris disciplinæ Institutum sextodecimo ætatis suæ anno in nova Custodia Sancti Evangelij, sive Extremaduræ Fratrum Minorum Discalceatorum suscepit. Mox Novitiatus primordia

tanto virtutis ardore arripuit, ut rigidissimæ pœnitentiæ orandi assiduitatem adjungens, provectiores etiam hoc studij genere in ea domo antiret. Anno probationis sæliciter expleto, ad altiora mortificationis, strictioris inopiæ, ac sublimioris contemplationis exercitia anhelabat. In oculorum custodia præcipuè enituit: Ecclesiæ, ac Cellæ [in qua per integrum annum commoratus fuerat] ex qua materia laquearia forent, nunquam observavit: & post exactum in Conventu triennium Fratres non ex vultu, sed ex solo cognoscebat auditu: quod etiam cum ad propinqua loca ex obedientia mitteretur, rigidè est prosecutus. Silètium quoque puri cordis custodiam à principio ita coluit; ut per tres annos continuos quosdam in ore lapillos deferens, à verbis otiosis disceret abstinere.

R. Virtute multa præditus Sanctus Pater invictum ab oratione spiritum non relaxabat: * Cum fructu operum proferens divinæ Sapientiæ verba. † Diebus, ac noctibus non cessabat à supernis colloquijs, & oratione. Cum fructu operum.

Bened. Ignem sui amoris.

Lectio vj.

Post plura Religionis ministeria, in quibus tanquam omnium novissimum sese exhibuit. Fratrum Præfectus constitutus, ipsorum, hospitumque pedes proprijs manibus lavabat; cum iisdem panem ostiatim emendicabat: & interdum inter cæmentarios opifices bajuli officioungebatur.

F tur.

42
tur. Infirmorum curam á Deo peculiariter sibi commissam dictitans, in subditorum necessitatibus sublevandis ita sollicitus erat: ut nobilium tamen virorum largitionibus persepe fræna injiceret, veritus ne cultus paupertatis á se unice dilectus, elemosynarum copia obrueretur. Quare Fratres his instructi exemplis, atque á salutaribus Sãcti Viri monitis, ad perfectioris vitæ normam inflãmanti, nonnullis cõstitutionibus (quæ arctioris disciplinæ formam continebant) Petro admonente, sese ultro subjecerunt. Adijt quoque Vir Religionis zelo plenus Lusitaniæ Regnum: ubi arctissimæ Arabidorum paupertatis initia adjuvit, atque provexit.

R. Cum introisset in hortum, in quo fixa erat Crux, expansis manibus orabat dicens. * Suscipe me, & salva me ó bona Crux.

V. Resplenduerunt montes ab ea, & nubes lucida obumbravit caput eius. Suscipe me. Gloria Patri. Suscipe me.

IN III. NOCTURNO.

Antiphona.
Nullam concessit requiem corpori suo, ideo requiescit in monte sancto tuo.

Psalms. Domine qui habitabit.
Antiph. Præventus est in benedictionibus dulcedinis, & lætificabit eum Dominus in gaudio cum vultu suo.

Psalms. Domine in virtute tua.
Antiph. Innocens manibus, & mundo corde misericordiam accepit á Deo salutari suo.

Psalms. Domini est terra.
V. Lex Dei ejus in corde ipsius.
R. Et non supplantabuntur gressus ejus. Pater noster. *Absolutio.* A vinculis. *Bened.* Evangelica lectio.

Lectio S. Evangelij secundũ Lucam.
Lectio vij. *Cap. 12.*

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Et reliqua. *Hom. S. Petri Chrysol. Episc.*

De terrenorum cura despicienda.
Serm. 22.

Præmia statuuntur his semper, quibus certamina dura proponuntur, ac pro magnitudine certaminis, præmij proponitur magnitudo. Hinc est, quod Discipulis suis Christus Regnum ponit in præmio: ut in certamine non cedant periculis, non timori. Pericula despicit, qui tendit ad Regnum: victoriæ cupidus nescit timere: Nolite timere [inquit] pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum: Grex pusillus mundo, magnus Deo: pusillus, quia gloriosos vocat eos, quos instituit ad ovium innocentiam, & mansuetudinem Christianam. Pusillus grex est, qui non de magno minuitur, sed crescit de pusillo; pusillus grex nascentis Ecclesiæ sic designat infantiam, quam venire ad Regni sui infulas incrementis cœlestibus mox promittit.

R. In magna siccitate preces fudit ad Deum, & ecce Cœli contenebrati sunt, & facta est pluvia grandis. * Quis est hic, quia venti, & pluriæ obe-

obediunt ei? *¶* Dùm sacra mysteria in campo perageret, dixit, & stetit spiritus procelle: Quis est hic. *bened.* Cujus festum colimus.

Lectio viij.

ADjecit quid faciendum sit regnaturis: vendite, quæ possidetis, date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in Cælo: Vendite, quæ possidetis. Dejectæ mentis est, qui familiaris rei meminit, cum vocatur ad Regnum; jacēs animus plebeius nummulum thesauris regalibus antepone; pauper sensus parvis incubans perdit magna, & inhians temporalibus, deserit sempiterna. Vendite, inquit, quæ possidetis. Homo tali monitu Christus te ditare voluit, non nudare; manere tibi tua voluit, non perire, perpetuari, non vacuari, sacculos imperavit, jussit te transferre, non perdere. *Resp.* Domine Jesu Christe, cui Sanctus Petrus a deo fideliter in vita sua servivit, ut in tempore iracundiæ fieret reconciliatio: * Exaudi propter eum preces nostras, & da nobis salutem animæ, & corporis. *Vers.* Qui famulæ tuæ Theresiæ dixisti, te semper in Petri nomine petentes exauditurum. Exaudi propter eum. Gloria Patri. Exaudi. *Bened.* Ad societatem.

Lectio jx.

Thesaurum non deficientem in Cælo, quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Plus consilio Patris agit, quam jure dominantis; inter insidias latronum, & tinearum morsus, quare tua recondens, objug-

gat: Pervigiles noctes, dies anxios, sollicita tempora, ne tibi ipse facias, commoneris: Auri custos, servator argenti, securitatem non habet, ne scic quietem, & cui deest securitas, quies perit, pœna dives est ille, non censu, Thesaurum non deficientem in Cælo; hoc est dicere: Ubi ego sum, ibi ponite; date mihi, ego servo.

Te Deum laudamus.
AD LAUDES ET PER HORAS.

Antiphona.

Mirabilis in Petro Dominus, cujus testimonia credibilia facta sunt nimis. *Psalms* Dñus regnavit. *Cum reliquis. Antiph.* Potens opere, & sermone multiplicavit populum Dei, & oves pascuæ ejus. *Añã.* Adhæsit anima mea post te, quia caro mea flagellata est pro te Deus meus. *Añã.* Charitate vulneratus, creaturas omnes Cæli, & terræ ad benedicendum Dominum provocabat. *Añã.* Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum faciebant verbum ejus.

Capit. Phil. 3.

Fratres, imitatores mei estote, & observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.

Hymnus.

Hortus Minorum fertilis
Florem novellum germinat,
Odore qui gratissimo
Mundi replevit ambitum.
Miris nitens virtutibus,
Signis fulget plurimis;
Terris, aquis, & ignibus,
Auræque nimbis imperat.
Ex fuste tellus arido
Invita fructus protulit:

Sanctis subacta gressibus
 Iter dederunt flumina.
 Delapsa nixé nubibus
 Suspensa Cœli robore,
 Cunctis stupendam sæculis
 Paravit ædem corpori.
 Extinxit ignis impetum,
 Agros rigavit imbribus,
 Jejuna Fratrum corpora
 Esca cibavit cœlica.

Presens adest absentibus,
 Affert medelam languidis,
 Casus futuros prospicit,
 Motusque cordis detegit.
 Patri simul cum Filio,
 Sanctoque laus sit Flamini,
 Qui nos ad Aulam gloriæ
 Petri precatu dirigat.

Amen.

☩. Ora pro nobis B. Petre.
 ☩. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD BENEDICTUS.

Antiphona.

Beatus Petrus quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso, fluenta gratiæ propinavit in populo, & accepit stolam gloriæ in consummatione virtutis.

Oratio.

DEus qui Beatum Petrum Confessorem tuum admirabilis penitentia, & altissimæ contemplationis munere illustrare dignatus es, concede propitius; ut ejus suffragantibus meritis, carne mortificati cœlestium donorum participes fieri mereamur. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Antiphona.

Potens opere, & sermone. *Cap.*
 Fratres imitatores mei estote.
 ☩. *br.* Amavit eum Dominus,
 *Et ornavit eum. Amavit. ☩. Stolam gloriæ induit eum. Et ornavit.
 Gloria Patri. Amavit eum. ☩. Os justi meditabitur sapientiam. ☩. Et lingua ejus loquetur judicium.

AD SEXTAM.

Antiphona.

Adhæsit anima mea.

Capit. Phil. 4.

QUæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum.

☩. *br.* Os justi meditabitur sapientiam. Os justi.
 ☩. Et lingua ejus loquetur judicium. Meditabitur. Gloria Patri. Os justi.
 ☩. Lex Dei ejus in corde ipsius.
 ☩. Et non supplantabuntur gressus ejus.

AD NONAM.

Antiphona.

Ignis grando.

Capitulum. Phil. 4.

SCIO & humiliari, scio, & abundare (ubique, & omnibus institutus sum) faciari, & esurire, & abundare; & penuriam pati. Omnia possum in eo, qui me confortat.
 ☩. *br.* Lex Dei ejus, * in corde ipsius. *Vers.* Et non supplantabuntur gressus ejus. In corde. Gloria Patri. Lex Dei. *Vers.* Justum deduxit Dominus per vias rectas. ☩. Et ostendit illi Regnum Dei.

Ad Vesp. Antiph. Psalm. Cap. Hymn. & Vers. ut in I. Vesp.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

O Sanctissima anima, in cuius transitu Cœli cives occurrunt, Angelorum chorus exultat, & gloriosa Trinitas invitat, dicens: mane nobiscum in æternum.

Oratio ut supra.

MISSA

In Festo Sancti Petri de Alcantara Confess.

Introitus.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *Psalm.* Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. *V.* Gloria Patri. *Oratio.*

Deus, qui Beatum Petrum Confessorem tuum admirabilis penitentiae, & altissimæ contemplationis munere illustrare dignatus es; concede propitius, ut ejus suffragantibus meritis, carne mortificati, cælestium donorum participes fieri mereamur. Per Dominum, &c.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

Fratres, quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam,

451
& inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Jesu; quæ ex Deo est justitia in fide ad cognoscendum illum & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionum illius, configuratus morti ejus. Si quomodo occuram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis: non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim; sequor autem si quomodo comprehendam in quo, & comprehensus sum a Christo Jesu *Graduale.* Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur iudicium. *V.* Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus. *Allel. Allel.*

V. Crucis cultor optime Sancte Petre, norma veræ sanctitatis, impetra nobis tuis precibus fructus dignos penitentiae ut tecum simus æternæ gloriæ confortes. *Allel.*

Post septuages. omisso Alleluia & versu sequenti. tractus

Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis.

Vers. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.

Vers. Gloria & divitiæ in domo ejus: & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali omittitur Graduale & ejus loco dicitur.

Alleluia Alleluia. Vers. Christo confixus sum Cruci: vivo ego, jam non ego. Vivit vero in me Christus *Allel.*

Vers. Crucis cultor optime Sancte Petre norma veræ sanctitatis, impetra nobis tuis precibus fructus dignos penitentiae, ut tecum simus æternæ

ternæ gloriæ confortes. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit Patri veltro dare vobis regnum, Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

Credo.

Offertorium.

In virtute tua Domine lætabitur iustus; & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei.

Secreta.

Oblationē nostram quæsumus Domine Sancti Petri meritis placatus assume; quam dum in carne viveret, purissimis manibus contrectavit, & obtulit. Per Dominum, &c.

Communio.

Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

Post Communio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus ut Beati Petri Confessoris tui semper facta sectâtes, fructum quem de cælesti hoc alimento percepit; ipsi quoque percipere mereamur. Per Dominum, &c.

Infra octavam Sancti Petri, & in die octava dicitur Missa sicut in die festi: sed quando non sit commemo-

ratio festi simplicis, dicitur secunda oratio de Sancta Maria. Concede nos tercia Ecclesie tue vel pro Papa. Deus omnium, &c.

Die xx. Octobris.

Secunda die infra Octavam

S. P E T R I.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

AD maiora Domino suo obsequia præstanda sentiens se eiusdem afflatu impelli, primævam sui Ordinis disciplinam propagare decrevit. Incredibile dictu quantas in hac re difficultates superaverit, insignioribus a domino prodigijs eo tempore illustratus. Ope igitur divina, & auctoritate Apostolica instructus, primam novę Reformationis Domum angustissimam, atque pauperrimam sub Immaculatae Cōceptionis titulo prope Pedrosam ædificavit: in qua una cū paucis socijs mortificatus quidem corpore, sed spiritu vivificatus, austeram nimis vitam ducens, Apostolicum Sancti Francisci spiritum renovavit. Hinc alios Conventus Paulo IV. annuente construens, ijs additis qui se eius obedientiæ submiserunt. S. Iosephi Provinciam fundavit, & mox transmissis in Regnum Valentia socijs, originem dedit Provinciæ S. Joannis Baptistæ. Quod deinceps asperimū vitæ institutum per varias Provincias dilatatum ad Indias usque cum ingenti animarum fructu foeliciter pertransivit.

R. Mi-

ꝛ. Minister Christi fuit.

Lectio v.

PLurimum quoque in promovenda Carmelitarum Reformatione, a S. Virgine Theresia incepta deludavit. Avilæ Episcopum, & primarios ejusdem Urbis Cives, extremæ paupertatis, in novo Monasterio observanda erat, acerrimos contradictores sæpius pro illa admōvit. Eidē Sanctæ in magna animi afflictione constitutæ, quanvis longè distitit, mirabiliter præsens adfuit, atque difficultates omnes in sua fundatione, quam primum dissolvendas fore significavit. Digna quoque eadem fuit semel eum in aera sublatum intueri: à Domino edocta, quod nihil omninō in nomine servi ejus quisquam peteret, quod Divina misericordia promptè non exaudiret. Ad illius preces confugere solita, ejusdem S. Viri meritorum efficaciam semper se expertam fuisse testabatur. Ideoque eum adhuc viventem Sancti nomine sæpius appellare consuevit.

ꝛ. Virtute multa.

Lectio iv.

NEquè ad tam præclarum cælestis doctrinæ Magistrum, Sancti dum taxat Viri ac pietate celebres; verūm etiam sæculi quoque Principes, ac Præsules certatim ipsum audituri confugiebant. Primarij Aulæ Proceres, ac Duces prope ejus Monasteria domos cōducebant, tāquam ejus vicinia tuti essent, solaque tanti hominis præsentia mirarentur. Carolus V. Imperator, Reges quoque Lusitanæ sæpius eum advocantes

de gravissimis cum eo negotijs conferebant; quorum nihilominus honores, & munificentiam verus humilitatis amator suavissimè declinare studebat. Hinc etiam prædicti Imperatoris, & Joannæ Austriacæ, Sororis Philippi II. Regis Catholici, Confessarij munus prudenter recusavit. Sæpè etiam relictis nobilioribus pueris, ac pauperibus blandè associatus, animi elationem castigabat.

ꝛ. Cum introisset.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelij Secundum

Lucam.

Lectio vij.

Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Et reliqua.

Hom. S. Petri Crysol. Episc.

De terrenarum cura æspicienda.

Serm. 22.

SI in hac vita, qua peregrini sumus, & modicum vivimus, temporalem esse pauperem dolet, tristat inhonorem esse; quale est in perpetua Patria inter æternos cives, de cōtemptu dolorem, de ignobilitate pœnam, de nuditate opprobrium sustinere, & tunc addici pœnis, quando alij promoventur ad Regnum? Quando pauper ducitur ad cōfessum Dei, & dives trahitur ad consortium punitorum? Heu quam lamentandæ vices! Quando desperati penes homines, possidebunt spem Divinam, & humanis bonis præditi, bonis cælestibus fraudabuntur.

ꝛ. In magna siccitate.

16.

Hoc facit thesaurus, qui cor hominis, aut per eleemosynam levat ad Cœlum, aut per avaritiam demergit in terram, & ideo dixit: ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. Homo mitte, & præmitte thesaurum tuum in Cœlos, nec cœlestem animam demergas in terram. Aurum de profundo terræ, anima ab excelsis Cœlis; melius proinde est ad sedem animæ deferri aurum, quam in sepulchro auri anima demergatur. Exutos ergo totis divitiarum curis, & jam per omnia expeditos, militare sibi in sæculo jubet, quos regnare donavit in Cœlo.
R. Domine.

Lectio ix. Serm. 23.

O Bonitas effusa, ó inaudita pietas, ó ineffabilis affectio, in societate census: Pastor oves assumit, atque ad consortium Dominationis servos Dominus adsciscit; ad participatum Regni Rex gregem Populi totius admittit. Sic dat, cui deficere census non potest largiendo. Providenter autem cœpit Dominus dicendo, nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum: promissionem Regni sine timore servilis status audire non sufficit, quia qui libertate vix dignus est, capere non valet infulas Principatus. Dominus ergo servorum mentes tali voce confirmat, ne eos repentinus promissi Regni prosterнат audirus.

Te Deum laudamus.

Tertia die infra Oct. S. PETRI.
In primo Nocturno Lectiones de Scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

Omnium virtutum custos, & spendor, humilitas, tam copiosa famulum Dei ubertate repleverat; ut propria æstimatione nihil sibi videretur, nisi peccator: ab alijs speculum magnæ sanctitatis habitus: ipse se inutilem servum in domo Dei profitebatur. Profusa Principum erga se obsequia ingeniosa humilitate deludens, versicolores panniculos, è cœno in via publica extrahens, tunicæ affuebat: ut sic se Aulicis deridendum præberet. In quocumque opere ineptiora instrumenta eligere: in horto effodiendæ terræ, atque aliunde asportandæ incumbere, vilissima quæque Cœnobij officia obire: ligna scindere, eaque proprijs humeris asportare pro more habebat. Tandem Seraphici Institutoris exemplū secutus propriæ voluntatis sensum etiam in rebus gravioribus quæ Reformationis regimen tangebant, alienæ opinionioni submittere summo peré gaudebat.

R. Minister Christi fuit.

Lectio v.

Extremæ paupertatis servandæ studiosissimus primævam ejus observantiam Ordini restituere totis viribus adlaboravit. Cœnobija ad angustiore formam ædificari, cellas tam arctas construi mandavit; ut sepulturæ speciem potiús, quam humanæ habitationis præ se ferre viderentur;

derentur. Claves conventuum Patronis proprijs quotannis resignare, Fratribus præcepit; ut nullum super ipsos habere dominium intelligerentur: tunica, qua sola dives erat, omnium vilissima operiebatur, ita ut morti proximus aliam deteriore, quam enixè petebat, invenire non potuerit: novam nunquam gestavit, calceamentis neque infirmus uti voluit. Egere se etiam necessarijs summè lætabatur dicere solitus; minimè pauperis nomine dignum esse, cui necessaria quandoque non deessent. Aliquando à docto, ac religioso quodam viro interrogatus, quare habitu deposito nudus consisteret: manu tunicam ex arbore pendentem [ut siccaretur] indicans respondit: Pater si quidquam in hoc culpæ est, cum Evangelio potius adscribe; quod nos unica tantum tunica contentos esse præscripsit.

R. Virtute multa.

Lectio vi.

Virginitatem summo animi ardore colens, à primæva ætate illibatam servavit. Per multos annos charitatis, aut necessitatis quacunque occasione foeminas alloquens, in alicujus faciem oculos nunquam convertit: imò neque earum vestes, vel leviter conspexit: quam cautellam fratribus suis sedulo commendabat. Cum interdum carnis stimulis, sædisque cogitationibus vexaretur, coram Crucifixi imagine in genua provolutus, divinam pietatem ita deprecari auditus fuit: Ergo ne Deus meus, dum corpus tuum vir-

ginale tot cruciatuum doloribus angitur, ego in meo corpore voluptates, & oblectamenta permittam? ad quæ verba omnis immunda cogitatio exemplo evanescebat: interim ardentiori servandæ puritatis æstu inflammatus propinquo stagno se immergebat, ut sic omnes libidinis igniculos extingueret. In ultimo mortis agone, cum quidam ex socijs pro eo operiendo leviter ipsum manu tetigisset, generosè respondit: ne me tangas fili, adhuc enim in periculo versor.

R. Cum introisset.

IN III. NOCTURNO.

Lect. S. Evangelij secundum Lucam.

Lectio vii.

Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Et reliqua.

Homil. S. Petri Chrysol. Episc.

De terrenorum cura despicienda

Serm. 23.

Regnum velle servum, crimen est, adire periculum, temeritas non timere: Sed hoc ad Christum quantum est? Aut quàm mirum, quod dat suis Regnum, quod sibi servos facit in Dominatione consortes, qui servorum pedes lavat; ut extrema servis serviat servitute? Veniant huc, veniant qui discutiunt potestatem ejus, & tunc de ejus qualitate contendant, cum potuerint tantam capere, loqui, æstimare pietatem: nec jam calumnientur, si se in nostro corpore Patre minorem dicat, qui non dicto, sed facto cum pedes lavat servorum, se

G

sub-

subdidit, & subiecit pedibus servu-
lorum.

℞. In magna siccitate.

Lectio viij.

Sed ad cæpta redeamus: Nolite
timere pusillus grex, quia com-
placuit Patri vestro dare vobis Reg-
num. Ecce qui dat, dare loquitur
Patrem: nunquid largitatem suam
denegat, sic dicendo: absit, non potes-
tatem minuit, sed pandit affectum
sic dicendo: non distantiam facit,
sed Patris, suamque voluntatē mon-
strat, firmat unitatem. Quod autem
dixit, complacuit, & non dixit; pla-
cuit, munus edocet Trinitatis: Noli-
te timere pusillus grex, quia com-
placuit Patri vestro dare vobis Reg-
num. Post tãtam ergo Dominus lar-
gitem, post suam gratiam tibi co-
piosiùs collatam, abjecta, & vilia pe-
culia servitutis jubet abicere reg-
naturum.

℞. Domine Jesu Christe.

*Nona Lectio legitur de S. Hilarione Abbate,
& commemoratio in Laud.*

Die xxij. Octobris.

Quarta die infra Oct. S. PETRI.

*In primo Nocturno Lectiones de Scriptu-
ra occurrente.*

In secundo Noct. Lectio iv.

Mira contra calumnias patien-
tia, & in adversis constantia à
Deo insignitus fuit: sæpe non verbis
tantum, sed & verberibus impetitus,
in Cœlum oculos attollens pro per-
sequentibus, & calumniantibus ex-
orabat. In gravissimis contumelijs si-
bi illatis sæpè ad Deum conversus

tunc verè se cognitum, ac rectè con-
tra se homines insurgere, prout me-
rebatur, dictabat. Atroce[m] pertinacis
mulieris injuriam, & injectum capiti
vulnus non modo patientissimè to-
leravit, verùm etiam flexis coram ea
genibus culpam, quam non patrarat,
humillimè deprecatus est. Eiusdem
constantia[e] virtus in tolerandis infir-
mitatibus præcipuè enituit, iisdem
quasi continuo afflictus remedia, vix
ab obedientia coactus, ijs adhiberi
permisit. Cum pedes in saxa, caput
ad portarum limina offenderet, ro-
sas esse pœnas illas, & nihil omninò
ex eis se commoveri, constanter
respondebat. Tam admiranda hujus
tolerantiæ exempla fuere, ut jurati
testes in processu Canonisationis de-
posuerint, vix describi omnia posse,
quæ S. Vir pro amore Christi pa-
tienter sustinuit. ℞. Minister Christi
fuit.

Lectio v.

Pœnitentiæ admirabile portentū
mundo apparens, assiduum abs-
tinentiæ rigorem strictissimè serva-
vit, pane solum duro contentus: cui
diebus festis herbas, & legumina sine
condimento edebat, & interdum ci-
nere, & absynthij amaritudine sapo-
rem alterabat. Tres, atque etiam oc-
to dies sine cibo, dulciori orationis
pabulo refectus, transegit: nusquam
vino usus, vix aquam ad satietatem
degustabat. Per horam tantum, & di-
midiam somno indulgens, numquã
membra extensa ad quietem com-
posuit; sed ligno parieti infixo caput
leviter inclinando, velut infensum
hostem somnum fugabat. Asperrimis
fla-

flagellis bis noctu usque ad sanguinis effusionem corpus affligebat, adeo ut ad eorum strepitum, alij expergefacti exhorrescerent. Bracteam ferream viginti annis corpori inhaerentem; teste S. Theresia, quæ ob carnis nimiam extenuationem, & maciem, aridis arborum radicibus eum comparavit.

ꝫ. Virtute multa. *Lectio vi.*

A Planta pedis usque ad verticem capitis, nulla in ejus corpore sanitas apparebat. Pedes nudi aut spinarum, aut saxorū offendiculis quotidie sauciabantur: iisque sanandis, unguenta admitti non sinebat. Caput nunquam obtegere solitus, aut Solis æstu adustum, aut gelu, niveq; aspersum habebat: adeo ut crines, & supercilia frigore concreta evellere opus esset. Medius inter portam, & fenestram, aeris inclementiam hyemali tempore in genua procumbens excipiebat, donec totus obriguisset. Interdum habitu deposito piscinæ gelu concretæ sese immergebat. Cujus admirandæ austeritatis vestigijs ejus socij adhærentes, eo animi ardore tam immanibus afflictionibus corpus suum macerabant; ut illo spectaculo Urbium cives plurimum atterriti, ad Monasteria convolarent, eos enixè deprecantes, ut à tanto rigore sibi parcerent.

ꝫ. Cum introisset.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelij secundū Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

In illo tempore; Dixit Jesus Discipulis suis; Nolite timere pusil-

Ius grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. El reliqua. Hom. S. Petri Chrysol. Episc.

De terrenorum cura dispicienda.

Serm. 23.

Plebèium cultum Regia non admittit potestas, angustus honor non nisi diademate confertur, & purpura: abjicere ergo debet habitum servitutis, qui se Regem credit divinitus consecratum. Hinc est quod Rex supernus illum, qui cū indigna veste Majestatis ejus ausus est intrare convivium, ligari, præcipitari, detrudi in tenebras jussit exteriores: quia deformitas invitati ad invitantis redundat injuriam. Peculia quoq; pristinae libertatis jam divitijs, jam Regijs ditatus opibus qui reservat, captivus miseria se nescit esse fœlicem.

ꝫ. In magna siccitate.

Lectio viij.

Est consuetudinis, est animi fœlicis, ut adscitus ad Regnum, quod fuit proprium, quod privatum mox parentibus, mox propinquis civibus indigentibus liberaliter prorogare; ne sit medicus animo, qui censu forte auctus est, & honore. Tali ergo providentia Dominus, consilio tali vilia, & caduca suadet, ut vendamus: ut largiamur, ut donemus, qui in cœlesti Regno omnia, quæ in Cœlo, & quæ in terra sunt, volumus possidere, sed si vis servare tuorum pretia prædiõrum, & sæculõrum sorte condita te delictant, fac tibi sacculos, quales ille præcipit, qui jam cupiditatis tuæ custos est, & provisor.

R. Domine Iesv Christe.

Lectio ix.

Denique ut vidit, quod dūriter dixit, vēdite, quæ possidētis, mox adjēcit, fācite vobis sacculos, qui non veterāscunt, thesaurum non deficientem in Cœlis. Iterum contristātus est, quia quod habes, in Cælis cogeris collocare: rogo credere Deo tuo, qui servo credis, & magis Deo, quā hōmīni commēda, sed si times, nec quid inde dispērgat pietas largitoris, signa fidei ānulo sacculos tuos, ut tali custōde dōrmias tu securus, quia ubi ille est, ibi locus nullus est furi. Non pōterit tibi tuam pecūniam denegāre, qui tibi omnia sua cōtulit, qui te Regni sui, & honōre ditāvit, & gloria.

Te Deum laudamus.

Die xxiij: Octobris.

Quinta die infra Oct. S. PETRI.

Fit de B. Joanne Capistrano: Duplex. Cum commemoratione Octava.

Die xxiv. Octobris.

Sexta die infra Oct. S. PETRI.

In primo Nocturno Lektionen de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

Regina virtutum charitas adeo Sancti Viri cor repleverat, ac penetraverat: ut vocem, qua Dei amor exprimeretur, audire vix unquam posset sine cordis immutatione, suavi ejusdem charitatis incendio exardescens, nec cellæ angustijs retineri, nec cordis anxietates pati suf-

ficiens, in campos, & hortos properabat, ut aeris refrigerio æstum temperaret. A Christi præsentia diutiùs abesse non sustinens, ab horto subito impetu raptus per aera sæpius coram Altari se sistebat. Quoties de hoc divino amore in privatis colloquijs; vel in concionibus sermonem instituebat, verba tam fervida, ac ignita erant: ut audientes ad devotionem mirè inflammarentur, ac ipse sensibus omnino destitutus, coram ipsis in dulcissima extasi suspenderetur. Cuidam eum interroganti, quare oculos ferè nunquam attolleret? Respondit: qui Deum suum in corde gerit, omnia visibilia contemnit.

R. Minister Christi fuit.

Lectio v.

Hæc autem charitas non solum ipsum per devotionem sursum agebat in Deum, & per compassionem transformabat in Christum: verum etiam per condescensionem ad proximum inclinabat. Difficilima per sæpè itinera arripiebat, ut Civiū, familiariumque suorum animos reconciliaret. Constitutis in aliqua gravi tribulatione etiam per miraculum apparens eosdem consolabatur. Erga Cœnobij sui ægrotos, peculiaris sollicitudinis officia, quanvis humillima, exercebat: alijsque in necessitate publica laborantibus succurrebat: ad Monasterij portam medicis ministrare, quin etiam eorum capita, & membra sordida abluere, indumenta resarcire, ac lavare, pleraque alia charitatis officia illis exhibere frequentiùs consuevit. De alienis

nis factis Fratres suos judicare, aut
cēforis munus agere nunquam per-
misit: neque eos, qui de suæ Refor-
mationis contradictoribus conque-
rebantur, audire volebat: sed eos hor-
tabatur, ut pro illis tanquam pro be-
nefactoribus divinam clementiam
implorarent.

℞. Virtute multa.

Lectio vij.

Mirabiles Apostolicus hic pæ-
nitentiæ Præco, potens opere,
& sermone fructus retulit pro ani-
marum salute; sacrū dumtaxat Co-
dicem deferens, ex quo suæ ptædica-
tionis argumenta unice deprome-
bat. Nec tantum verbi Dei efficacia,
sed & proprii vultus pallore obsti-
nata corda hominum ad Dei amorē
cōvertebat: sollicitus eligere motiva
sermonum aspera, atque in vitijs re-
prehendendis vehementiora: quibus
ex Redemptionis nostræ memoria
lenimenta suaviora abduceret. In sa-
crarum litterarum profunda intelli-
gentia, atque in difficillimis Theolo-
giæ locis explicandis singularis ejus
scientiæ donum illuxit: quod expe-
rimento comprobarunt nonnulli Vi-
ri docti, qui antea ejus famam parvi-
pendebant. Exinde factum est, ut in
pluribus sæcularium domibus, eo
duce nova oratoria aperirentur, in
quibus assiduæ preces, de rebus divi-
nis colloquia miscebantur. Inde mi-
rus animarum profectus in ijs Re-
gionibus dimanavit.

℞. Cum introisset,

IN III. NOCTURNO.

Lect. S. Evang. Secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Jesus Dis-
cipulis suis: Nolite timere pusil-
lus grex, quia complacuit Patri ve-
stro dare vobis Rēgnum. Et reliqua.

Hom. S. Petri Chrysol. Episc.

De terrenorum cura despicienda.

Serm. 25.

Hodie Dominus Evangelici gre-
gis pusilla, & tenera primordia,
quām blanda exhortatione sit conso-
latus, audistis: Nolite timere pusil-
lus grex, quia complacuit Patri ve-
stro dare vobis Rēgnum. Aufert spes
anxias, dubios tollit evētus, omnem-
que propellit, & excludit timorem,
quando in exordio ipso Rēgnum
nascentibus pollicetur: quoniam cō-
placuit Patri vestro dare vobis Rēg-
num. Quis de victu, quis de vestitu,
quis de plebeio censu, & verbalis
cespitis utilitate suspirat? De regno
certus, de dominatione securus, satis
sibi invidet, qui elevatus ad summa,
ipse se ad humilia dejicit, ad egena
deponit.

℞. In magna siccitate.

Lectio viij.

Sed scire convenit, Pater iste quis
est, vel qualis est; vel quod Rēgnū
filijs suis repromittit. Quis sit iste
Pater, quotidie te confitente cognos-
cis, cum clamas: Pater noster, qui es
in Cælis: qualis autem sit, ipsa ope-
rum magnitudine pervidisti, Ex ni-
hilo fecit Cælum, terram solidavit
ex liquido, montes statuit ad staterā,
maria intra legitimos terminos sola
præ-

præcepti auctoritate conclusit. Verum si Regni quod promittit pusillis, desideras noscere qualitatem, ipse aperit, sic dicendo. Sinite parvulos venire ad me, talium est enim Regnum Cælorum.

R. Domine Jesu Christe.

Lectio ix.

Esse in Cælo mirum est, in Cælo vivere est Majestatis: jam regnare in Cælo quanti sit, sensus definit æstimare mortalis, & tamen homo quod æstimare non potest, percepisti, Apostolo sic dicente: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se? Et quod temereri dubitas, habere te, & possidere, jam cogaris confiteri. Quid ergo cum terra illi, qui possidet Cælum? Quid illi cum humanis, qui adeptus est jam divina? Nisi forte placent gemitus, eliguntur labores: amantur pericula, pessima mors delectat, & illata mala, bonis sunt gratiora collatis. Te Deum laudamus.

Die xxv. Octobris.

Septima die infra Oct. S. PETRI.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrentes.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

Asiduo altissimæ contemplationis pabulo refectus, præclarum de oratione Tractatum propria experientia, & Dei illapsu edoctus conscripsit. Singulari devotionis reverentia venerabile Eucharistiæ Sacramentum prosecutus eo spiritus ardore sacrum Mysterium perage-

bat: ut plures ejus celebratione magis ad pietatem, dum persæpè in extasim raperetur, quàm aliorum sermonibus se commotos fuisse profiterentur. Hanc devotionem Dominicæ Passionis meditatione summo perè fovebat, pro qua ubique, & præcipuè in locis eminentioribus Cruces erigi curavit, ut ad bajulandam Christi Crucem invitaret, animaretque. In conventu Pedrosi, Calvarij quandam imaginem, ad vivum exprimi fecit: ubi persæpè ante Crucem brachijs expansis juxta morem ferventer orans totus in eum transformabatur, cum quo crucifigi ardentissimè cupiebat.

w. Minister Christi fuit.

Lectio v.

Accessit ad hanc altissimi spiritus unionem, mira ejusdem corporis elevatio; dum in Choro orans, & in Dei contemplatione absorptus, aliquando usque ad laquearia spiritus ardore: sæpè ad radices arborum in genua provolutus, supremos ramos, velut avis volando contingeret: in itineribus contemplationi intentus multis à solo palmis elevari à viatoribus visus fuit. Semel Crucem in horto Pedrosi devotis oculis contemplantem sursum ferri, & in aere coram ipsa suspendi: lucidissimos quoque ex oculis radios in eandem Crucem emittentem, candidamque nubem caput ejus circumdantem, totam in super viciniam eo splendore illustratam obstupescentes Fratres conspexerunt. Non semel Christi Salvatoris presentia perfrui promeruit: Vir-

go quoque Deipara se ei visendam exhibuit, & S. Franciscus, alijque Spiritus cælestes cum concive suo familiariter colloquebantur.

℞. Virtute multa.

Lectio vi.

Prophetiæ dono illustris, quæ vè-
tura erant, prænuntiabat. Quen-
dam adolescentem benedictionem
suam enixè efflagitantem, cum ab
Urbe quàm primum recedere de-
crevisset, de gravi discrimine, quod
illi imminebat, in hæreticam scilicet
quamdam opinionem incidendi,
præmonuit. Scholarem alium respi-
ciens, mundo quam primum renun-
taturum, sacrumque Religionis ha-
bitum suscepturum divinitus agno-
vit. Eodem superno lumine intima
conscientiarum scrutabatur, ac mi-
raculosè (cum longè distaret) poeni-
tentibus suis interdum se se visendū
præstabat, dulciq; colloquio inquie-
tos eorum animos sedabat. Infusam
hanc Sancto Viro divinorum cog-
nitionē comprobavit Deus in admi-
randa illa novi syderis apparitione,
cum ipse Urbem Avilam ad conso-
landam Sanctam Theresiam primum
accessisset: & in candidissimæ illius
columbæ visione, quæ caput ejus
circumvolitans, humeroque deinde
residens rostrum auri immisit, quasi
cælestem ei doctrinam dictare mon-
strasset. ℞. Cum introisset.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evang. Secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus Dis-
cipulis suis: Nolite timere pusil-

156
lus grex, quia complacuit Patri ve-
stro dare vobis Regnum. Et reliqua.

Hom. S. Petri Chrysol. Episc.

De terrenorum cura despicienda.

Serm. 25.

Videamus; quod dat Pater tan-
tus, consilium regnaturis. Ven-
dite, quæ possidetis, & date eleemo-
synam: si victuros vos, si regnuros,
si vos jam divites esse creditis in su-
pernis, ubi futuri, quo migraturi, ubi
regnaturi estis vos, illa quæ vestra
sunt, jam præcedant, opes miseras cū
misericordia commutate, quæ hu-
mana sunt, in divina convertite. Et
ne cui forsan deesset evictio ad por-
tanda illa, quæ dimittitis, angariatus
est pauper: ferunt pauperes onera
nostra, & volentes ferunt, quia tali
non deprimuntur pondere, sed le-
vantur.

℞. In magna siccitate.

Lectio viij.

Ecce docet avaritiam, qui cæpe-
rat suadere contemptum. Facite
vobis sacculos, qui non veterascunt:
& qui thesaurizantes temporaliter
arguebat, ad totum cupiditatis fomi-
tem jubet sacculos sine fine perquiri.
Christe, quo te pertrahit amor tuo-
rum? Ut avarum lucrifacias, facis
eum, quod desiderat: non quod oportet
audire, sacculos imperas, æternos
thesauros, qui non deficient, vis pa-
rari; ut avarus, dum consueta percur-
rit ad lucra, aut virtutem capiat. aut
à virtute capiatur, verè Pater es, qui
cum tuis quibuscunque parvulis sic
agis.

℞. Domine Jesu Christe.

Nona

Nona Lectio legitur de Sanctis M. Chry-
santho, & Daria cum commemoratione in
Laudibus.

Die xxvi. Octobris.

Octava S. PETRI. Duplex.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

Confirmavit quoque Deus in-
signem servi sui sanctitatem in-
numeris miraculis. Aliquando nives
é Cœlo decedentes, mirabiliter in ae-
re suspensæ in modum testudinis te-
ctum quoddam ei efformarunt, sub
quo noctis, ac tempestatis incom-
moda securior evasit. Dum sacra in-
terdum in apertó campo perageret,
solum illud loci spatium [ubi Popu-
lus Missæ præsens erat] nec aquæ
quidem gutta, nec venti minima vis
attingere ausa fuit. Alias pluvia de
Cœlo cadente siccis vestibibus per pu-
blicas vias incessit: in magna siccita-
te precibus suis copiosum á Deo im-
brem obtinuit. Baculum suum, ut
Fratrum occurreret necessitati, devo-
té terræ infigens, mox divina virtu-
te fructiferum reddidit: rapidos flu-
vios siccis pedibus pluries pertransi-
vit. Accensum ignem in quodam
Conventu per flammam ipsas inno-
xius incedens sine mora extinxit.
Sicque sanctificatis Viri sancti sensi-
bus omnia elementa obsequium
præstiterunt. & Minister Christi fuit.

Lectio v.

Plures gravi morbo laborantes á
mortis discrimine revocavit. De-
mersum in puteo infantem, corda

qua cingebatur, in eum locum de-
missa mirabiliter extraxit. Mulieris
oculos luce orbatos leviter tangens,
data ei benedictione, protinus illu-
minavit. Iter faciens sæpius socijs
lassitudine confectis compatiens, op-
portunam eis escam, & aquæ fontem
á Deo impetravit. Fœminam quan-
dam á Dæmone per multum tempo-
ris deceptam de prava illa consue-
tudine, quam cum maligno tentato-
re ignoranter habuerat, commone-
fecit; atque audita ejus confessione
eam, pluresque alios vexatos á spiri-
tibus immundis liberavit. Hinc ma-
ximus Populorum ad eum fiebat
concurfus, ipsumque tanquam ho-
minem a Deo missum, novumque
Apostolum acclamabant.

R. Virtute multa.

Lectio vi.

Tandem post multos labores, ac
diuturnas infirmitates, quas
semper constanti pertulit animo, an-
no Domini millesimo quingentesi-
mo sexagesimo secundo, cum annū
sexagesimum tertium perageret, A-
renis gravi morbo decumbens, Fra-
tres suos ad paupertatis extremæ
cultum obnoxie cohortatus est. A
Deipara, & a S. Joanne Evangelista
visitari, atque ab ipsa Augustissima
Trinitate sibi in maxima claritate
apparente ad cælestes nuptias invi-
tari promeruit. Demum Psalmo Læ-
tatus sum in his, quæ dicta sunt mi-
hi, in domum Domini ibimus, cum
ingenti cordis exultatione recitato:
pauló post humi in genua procum-
bens, ea quam prædixerat hora, in

Do-

Domino sancte obdormivit Eodem tempore S. Theresie magno splendore coruscans apparuit, se que ad requiem pergere, & felicem esse penitentiam, quae tantam sibi promeruerat gloriam, indicavit. Eius corpus in Ecclesia Fratrum Discalceatorum S. Francisci Arenis depositum singulari populorum veneratione inuisitur. Tandem plurimis fulgentem miraculis Clemens Papa IX. anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo nono in Sanctorum numerum retulit.

R. Cum introisset.
IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.
Lectio vij. Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Et reliqua. Homil. S. Petri Chrysol. Episc.

De terrenorum cura despicienda.
Serm. 25.

Domine tu vidisti, quia in thesauris tota fides, tota spes in sacculis sit avaris, & ideo imputribiles in Caelo sacculos vis parari, ut qui te non sequitur ad Caelum, sequatur saltem sacculos suos. Avare, fac tibi sacculos, & fac jubente Deo, quia votis tuis annuit divina Majestas: sed fac tibi sacculos erogando, quia quidquid pauper acceperit. Pater caelestis suscipit, & ubi recondit? in Caelo. Et ne forte perdidisse te doleas, vel usuram centuplum in caelesti foenore recipies, quidquid in Caelum paupere transmiseris perferente.

R. In magna siccitate.
Lectio vij.

U Sura mundi centum ad unum, Deus unum accipit ad centum: tamen homines cum Deo nolunt habere contractum. Sunt forsitan de cautione solliciti, Quare? Nonne homo homini exiguae chartulae obligatione constringitur? Deus tot, & tantis voluminibus cavet, & debitor non tenetur? Sed dicis, esto quod debitor, quo exigente restituet? Se ipso: quia non potest ille metiri, idem ipse est, & executor, & debitor. Non erit in reddendo durus, qui profusus est in largiendo: crede homo Deo, quod tibi Deus dedit, maiora reddere vult, cum vult debere largitor.

R. Domine Jesu Christe.
Nona Lectio legitur de S. Evaristo Papa & Mart. cum commemoratione in Laudibus.

DIE XXI. OCTOBRIS.

In Festo S. Ursulae & Soc ejus XI. mill. Virg & Mart. Duplex.

Omnia de Communi Virg. & Mart. exceptis, Oratione, qua sumitur in Brev. Rom. xxi. Octob. & Antiphona. ut in Communi Virg. & Mart. cum Commemoratione Octava.

In primo Nocturno Lect. de Script. occur.
In ij. Noct. Lectio iy.

Gratiano Imperatore, Flavius Clemens Maximus, Romani exercitus in Britannia Dux, arrepta tyrannide, Imperator a militibus acclamatur. Inde copias in Gallias transmittens, ab infensis Gratiano legionibus exceptus Imperium sibi cor-

H roborat.

roborat. Cumque Armoricorum uberem regionem, ejectis antiquis, habitatoribus Britannicis, militibus, quos secum duxerat, divisisset: quo, novas colonias propagaret in posteros, Connani Britannici Reguli, quæ Britannorum ducem habebat in exercitu, consilio missa legatione in Britanniam, singulis militibus novis colonis, singulas virgines conjugio fœderandas postulat.

R. Propter veritatem, &c.

Lectio v.

HAud visa Britannia Regulis absurda petitio: unde in gratiam novi Imperatoris, & quod filias suas non nisi gentilibus suis, iisque donatis nova provincia prædivitibus honestissime collocandas scirent: pro numero militum, totidem delectæ sunt Virgines, omnes numero undecim mille: quarum Princeps erat Ursula Dionoci Cornubiæ Regis filia, despõsata Connano Duci Britannorum militum in exercitu Maximi. Cunctæ igitur Londini collectæ, impositæ sunt invitæ navigijs. Solventes nautæ, dum Armoricorum regionem cogitant, à scæva procella in Germanicum littus dejiciuntur.

R. Dilexisti, &c.

Lectio vi.

Contigit adesse tunc ibi Hunnorum copias, quæ à Gratiano Imperatore adversus Maximum evocatas ferunt. Nacti igitur Barbari præclarum illud Virginum agmen, impotenti libidinis æstu furentes, in eas irruunt. Sed cum hortante Ursula mortem potius oppetere, quam

virginei pudoris jacturam pati, invicti animi vigore decrevissent: Hunni in rabiem immanitatis conversi, ad unam omnes trucidant. Sicque Ursula super comitum suarum, vel ut cælestium margaritarum pretiosum acervum, gloriosa victima procumbens, purpura pro Christo fusi sanguinis decorata, triumphatorem tot Virginum exercitum, geminis, nempe Virginitatis, & Martyrij laureis insignem ducens, cælum victrix intravit. Quarum corpora Colonienfes summo honore condiderunt: earumque illustrem agonem Christianus orbis florenti semper memoria celebrat.

R. Afferentur, &c.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium, Simile erit regnum cælorum decem virginibus, &c. ut in Comm. Virg.

Cum nona Lectio S. Hilarionis Abb. & ex duabus sit una. commorat. oct. & S. Hilarionis Abb.

DIE XVII. NOVEMBRIS.

In festo S. Salomeæ Virg.

Duplex.

Omnia de cõmuni Virg. primo loco. cū commemorat. Oct. S. Didaci.

DIE XXVI. NOVEMBRIS.

In festo omnium sanctorum Ordinis Minorum. Duplex 2. class.

Ad Vesp. Antiph.

Vidi turbam magnam, cum reliquis de laudibus.

Psal. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, & loco ultimi Psalm. Laudate.

Dominum omnes gentes

ECce ego Joannes vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei vivi, & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari dicens, nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoad usque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.

Hymnus.

Placare, Christe, servulis,
Quibus Patris clementiam
Tuæ ad Tribunal Gratiae
Patrona Virgo postulat.
Vos purpurati Martyres,
Vos candidati præmio
Confessionis, exules
Vocate nos in patriam.
Chorea casta Virginum,
Et quos Eremus incolat
Transmisit astris, Coelitum
Locate nos in sedibus.
Auferte gentem perfidam
Credientium de finibus;
Ut unus omnes unicum
Ovile nos Pastor regat.
Deo Patri sit gloria,
Natoque Patris unico,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

¶. Orate pro nobis omnes sancti ordinis Minorum.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Antiph.

Triumphantium Martyrum victor exercitus, Sanctorum Confessorum Sacer Conventus, Beatorum Fratrum nobilis Cætus, Virgines Domini,

Sanctæque Mulieres, & Seraphic Minorum instituti cultores omnes intercedite pro nobis Alleluia.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam varijs Sanctorum splendoribus semper illustras, protegis, atque conservas; concede propitius, ut B. Francisci, & Sanctorum filiorum ejus, quorum omnium merita nos sub una tribuisti celebritate venerari, precibus; & hic ab omnibus mundemur offensis, & in futuro, gloria perfruamur æterna, Per Dominum, &c.

Com. S. Catharina V. & Mart.

Ad Matut. Invitat.

REgem Regum Dominum venite adoremus; * Quia ipse est corona Sanctorum omnium.

Pf. Venite exultemus.

Hymn. Placare. ut supra in Vesp.

Antiph. Novit Dominus viam Justorum, qui in lege ejus meditantur die, ac nocte.

Pf. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.

Antiph. Mirificavit Dominus Sanctos suos, & exaudivit eos clamantes ad se.

Pf. Cum invocarem.

Antiph. Admirabile est nomen tuum Domine, quia gloria, & honore coronasti Sanctos tuos, & constituisti eos super opera manuum tuarum.

Pf. Domine Dominus noster.

¶. Lætamini in Domino, & exultate justi.

℞. Et gloriamini omnes recti corde.

De libro Apocalyps. B. Joannis A-
postol. Cap. 7.

Lectio i.

ECce ego Joannes vidi alterum
Angelum ascendentem ab ortu
Solis, habentem signum Dei vivi: &
clamavit voce magna quatuor An-
gelis, quibus datum est nocere terre,
& mari, dicens: nolite nocere terræ,
& mari, neque arboribus, quoad usq;
signemus servos Dei nostri in fron-
tibus eorum. Et audivi numerum
signatorum, centum quadraginta
quatuor millia signati, ex omni tri-
bu filiorum Israel.

ꝛ. O Patriarcha Pauperum Francis-
ce, Tu Seraphicæ militiæ currus, &
auriga: Tu humilis Minorum fami-
liæ Pater amantissimus: Tu pusilli
gregis Pastor vigilantissimus: * Tuis
hic decertantibus adsta militibus,
tuorum gementium respice filiorum
preces: Gregi tuo periclitanti provi-
de, nam increscunt gemitus ovium
tuarum.

ꝛ. Tu, qui in sacro tuo corpore re-
demptionis nostræ signa ab ipso Re-
demptore suscipere meruisti. Tuis
hic decertantibus.

Lectio ii.

Post hæc vidi turbam magnam,
quam dinumerare nemo pote-
rat, ex omnibus gentibus, & populis
& linguis stantes ante thronum, &
in conspectu Agni, amicti stolis albis
& palmæ in manibus eorum; & cla-
mabant voce magna dicentes: salus
Deo nostro qui sedet super thronum
& Agno. Et omnes Angeli stabant
in circuitu throni, & seniorum, &

quatuor animalium: Et ceciderunt
in conspectu throni in facies suas, &
adoraverunt Deum, dicentes: Amē.
Benedictio, & claritas, & sapientia,
& gratiarum actio, honor, & virtus,
& fortitudo Deo nostro, in sæcula
sæculorum, Amen.

Tu autem, &c.

Resp. Clara Francisci filia dignissima,
Virgoque purissima, omni sæculi va-
nitate, ornatuque contempto, Evan-
gelica Minorum tanquam pretiosa
inventa margarita, carnali spreto cō-
nubio, * Castitatis per orbem cultū
propagavit.

ꝛ. Christo conjuncta sponso innu-
meras illi generat Virgines Virgo
filias. ꝛ. Castitatis per orbem cul-
tum propagavit.

Lectio iii.

ET respondit unus de senioribus,
& dixit mihi: hi, qui amicti sunt
stolis albis, qui sunt? & undē vene-
runt? Et dixi illi: Domine mi, tu
scis. Et dixit mihi: hi sunt, qui vene-
runt de tribulatione magna, & lave-
runt stolas suas, & de albaverunt eas
in sanguine Agni ideo sunt ante
thronum Dei, & serviunt ei die, ac
nocte in templo ejus: Et qui sedet in
throno habitabit super illos: non e-
suriunt, neque sitient amplius, nec
cadet super illos Sol, neque ullus æs-
tus, quoniam Agnus, qui in medio
throni est reget illos, & deducet eos
ad vitæ fontes aquarum: Et abster-
get Deus omnem lacrymam ab ocu-
lis eorum.

Tu autem Domine.

Resp. Propter testamentum Domini,
&

& leges paternas Sancti Dei persti-
terunt in amore fraternitatis: * Quia
unus fuit semper spiritus in eis, &
una fides. Ecce quam bonum, &
quam jucundum habitare fratres in
unum. Quia unus fuit. Gloria Patri.
Quia unus fuit.

IN II. NOCTURNO.

Antiphona.

Domine, qui operati sunt justitiam, habitabunt in tabernaculo tuo, & requiescent in monte sancto tuo.

Pf. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.

Antiph. Hæc est generatio quærentium faciem Dei Jacob.

Pf. Domini est terra *Antiph.* Lætami in Domino, & exultate Justi, & gloriamini omnes recti corde.

Pf. Beati quorum remissæ sunt iniquitates.

Vers. Exultent justi in conspectu Dei

Resp. Et delectentur in lætitia.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

Lectio iv.

Qui Sanctorum merita religiosa charitate miratur, quique justorum glorias frequenti laude colloquitur, eorum mores Sanctos, atque justitiam imitetur: quoniam quæ delectat Sancti alicujus meritum, delectare debet par circa cultum Dei obsequium. Quare aut imitari debet, si laudat; aut laudare non debet, si imitari detrectat: ut qui aliū laudat, laudabilem se reddat. Et qui Sanctorum merita admiratur, mirabilis ipse vitæ sanctitate reddatur. Nam si propterea justos, fidelesque

diligimus, quod in ipsis justitiam, fidemque suspicimus: possumus nos quoque, esse quod sunt, si facimus ipsi quod faciunt.

Tu autem Domine.

Ps. Sacerdotes Dei Benedicite Dominum: * Sancti, & humiles corde laudate Deum.

Ps. Qui diligitis Dominum, lætami in Domino, & exultate in laudibus ejus.

Sancti, & humiles.

Lectio v.

Nequè enim difficile nobis est, quod ab ipsis geritur, imitari, cum sine precedenti exemplo ab antiquis talia gesta conspiciamus: ut non ipsi aliorum æmuli redderentur, sed æmulandæ virtutis se ipsos nobis præberent exemplum: ut dum nos ex ipsis, & ex nobis alij proficiunt, sic Christus in suis semper servis in Ecclesia Sancta laudetur. Unde ab origine Mundi innocens Abel occiditur. Henoc Deo placens transferitur, justus Noe invenitur, Abraham fidelis probatur, Moyses mansuetus dignoscitur, Jesus castus, David lenis Elias acceptus, Daniel Sanctus, tres pueri victores redduntur.

Tu autem Domine.

Ps. Sapientiam ipsorum narrent populi. * Et laudem eorum nūciet Ecclesia.

Ps. Nomen eorum requiretur a generatione in generationem. Et laudè.

Lectio vi.

Apostoli discipuli Christi credentium magistri habentur: è quibus eruditi Confessores fortissimi pug-

pug-

pugnant, Martyres perfecti triumphant, & Christiani semper exercitus diabolum Deo armati debellant, in istis semper pares virtutes, dissimiles pugnae, gloriosae victoriae. Unde tu Christiane, delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimica, atrociter in praelio isto concerta. Considera pactum, conditionem attende, militiam nosce; pactum quod spondidisti, conditionem qua accessisti, militiam cui nomen dedisti. Tu autem Domine.

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris. * Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando revertatur a nuptijs.

V. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos similes.

IN III. NOCTURNO.

Añā. Timete Dominum omnes Sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum: Ecce oculi Domini super justos, & aures eius ad preces eorum. *Pf.* Benedicam Dominum in omni tempore.

Añā. Domine spes Sanctorum, & turris fortitudinis eorum, dedisti hereditatem timentibus nomen tuum; & habitabunt in tabernaculo tuo in saecula.

Pf. 60. Exaudi Deus deprecationem meam: * intende.

Antiph. Qui diligitis Dominum, laetamini in Domino, & confitemini memoriae Sanctitatis eius.

Pf. Dominus regnavit, exultet terra. *V.* Justi autem in perpetuum vivent.

R. Et apud Dominum est merces eorum.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12. D.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

Comment. sup. Lucam. 12.

Pusillus grex dicitur respectu multitudinis reproborum: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Vel pusillus ratione modicitatis propriae: Videte vocationem vestram, quia non multi sapientes secundam carnem, non multi potentes, non multi nobiles: Sed quae stulta sunt Mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes; & infirma Mundi elegit Deus, ut confundat fortia: Et ignobilia Mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quae non sunt, Ut ea, quae sunt destrueret, ut non gloriaretur omnis caro in conspectu eius; Vel pusillus ratione humilitatis voluntariae: Vos greges mei, greges pascuae meae, homines estis, & ego Dominus Deus Vester; est enim Deus humilium: Magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur: Et talibus promittit Deus regnum. Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire, subjungitur; talium est enim Reg-

Regnum Cælorum, ideò subdit:
Quia complacuit patri vestro dare
vobis regnum, Humilem Spiritu sus-
cipiet gloria, & ideò, qui humiliatus
fuerit, erit in gloria. Tu autem Do-
mine.

¶, Media nocte clamor factus est:
Ecce sponsus venit, exite obviam ei.
¶. Prudentes Virgines aptate vestras
lampades, Ecce Sponsus.

Lectio viij.

HÆc autem super excellentia
Regni promissi inducit spem,
& inducendo spem, inducit securita-
tem, & per hæc aufert pusillanimita-
tem timoris, & ardorem cupiditatis.
Sicut egentes, multos autem locu-
pletantes, tanquam nihil habentes,
& omnia possidentes. Solum enim
illud Regnum est vera cordis pos-
sessio, quæ cor implet, & auferri non
potest, quia intus est. Ecce Regnum
Dei intra vos. Et nota, quod Patri
complacuit pusillis; idest pauperibus
spiritu, dare Regnum gloriæ, Unde
Matthæus Beati pauperes spiritu,
quoniam ipforum est Regnum Cæ-
lorum, quia tales desiderant æterna:
Desiderium suum iustis dabitur. Et
in Psalmo, desiderium pauperum ex-
audivit Dominus; Quoniam con-
temnunt temporalia. Qui reliquerit
domum, vel fratres, aut sorores, aut
patrem, aut matrem, aut uxorem, aut
filios, aut agros propter nomen meum,
centuplum accipiet, & vitam eter-
nam possidebit.

Tu autem Domine.

¶. Date eis de fructu manuum sua-

rum: * Et laudent eas in portis ope-
ra earum.

¶. Propter veritatem, & mansuetu-
dinem, & iustitiam. Et laudent.

Nona lectio de S. Petro Alexandrino:

Te Deum Laudamus.

Ad laudes, & per horas.

Añã. Vidi turbam magnam, quam di-
numerare nemo poterat ex omnibus
gentibus, stantes ante thronum.

Pf. Dominus regnavit cum rebus, &c.
ut in Dominica.

Añã. Et seniores stabant in circuitu
throni, in facies suas, & adoraverunt
Deum.

Añã. Redemisti nos Domine Deus in
sanguine tuo ex omni tribu, & lin-
gua, & populo, & natione, & fecisti
nos Deo nostro Regnum.

Añã. Benedicite Dominum omnes e-
lecti eius agite dies lætitiæ, & con-
fitemini illi.

Añã. Hymnus omnibus Sanctis eius,
filijs Israel populo appropinquanti
sibi gloria hæc est omnibus sanctis e-
jus.

Cap. Ecce ego Joannes vidi, &c. ut
supra. *in Vesp.*

Hymnus.

Salutis æterne dator,
Jesu redemptis subveni:

Virgo parens clementiæ

Dona salutem servulis.

Cohors triumphans Martyrum,

Almus Sacerdotum Chorus,

Et Virginalis castitas

Nostros reatus abluant.

Quicumque in alta Siderum

Regnatis aula Principes,

Favete votis supplicum,
 Qui dona Cœli flagitant.
 Virtus honor, laus, gloria
 Deo Patri cum filio,
 Sancto simul Paraclito,
 In sæculorum sæcula Amen.
 V. Orate pro nobis, ut supra, & c.

Ad Benedictus Antiph.

Te candidatus Martyrum exercitus:
 Te gloriosus Pontificum Chorus: Te
 Beatus Confessorum cætus: Te lau-
 dabilis Minorum numerus: Te om-
 nes Sancti, & electi voce confitentur
 unanimes: Beata Trinitas, unus Deus.

Oratio ut supra.

Commemoratio S. Petri Episc. & Mart.

Ad Primam Ad Abs. Cap.

Hi sunt, qui venerunt, ut infra ad No-
 nam.

Ad Tertiam Antiph. Et seniores.

Cap. Ecce ego Joannes ut supra.

R. Br. Lætamini in Domino, * & ex-
 ultati justi. Lætamini. V. Et gloria-
 mini omnes recti corde. Et exultate.
 Gloria Patri. Lætamini. V. exultent
 justi in conspectu Dei R. Et delec-
 tentur in læticia.

Ad Sextam Antiph. Redemisti.

Cap. Apoc. 7.

Et audivi numerum signatorum,
 centum quadraginta quatuor millia
 signati ex omni tribu filiorum Israel.
 R. Br. Exultent justi, * in conspectu
 Dei. Exultent. V. Et delectentur in
 læticia. In conspectu. Gloria Patri.
 Exultent. V. Justi autem in perpe-
 tuum vivent. R. Et apud Dominum
 est merces eorum.

Ad Nonam. Antiph. Hymnus omnibus.

Cap. Apoc. 7.

Hi sunt, qui venerunt ex tribulatio-
 ne magna, & laverunt stolas suas, &
 dealbaverunt eas in sanguine Agni.

R. Br. Justi autem * In perpetuum
 vivent. Justi. V. Et apud Dominum
 est merces eorum. In perpetuum.
 Gloria Patri. Justi. V. Exultabunt
 Sancti in gloria R. Lætabuntur in-
 cubilibus suis.

In secundis Vesp. Antiph.

Vidi turbam magnam. *Ut sup. in laud.*
Psalm Dixit Dominus, *Cui reliquis de*
Dominica. & loco ultimi.

Pf. Credidi. *Cap.* Ecce ego Joannes,
Hym. Placare Christe, servulis, *ut sup.*
 V. Orate pro nobis. Omnes, & c.

ut supra in primis Vesp.

Ad Mag. Antiph. O quam gloriosum
 est Regnum, in quo cū Christo gau-
 dent omnes Sancti, amicti stolis al-
 bis, sequuntur Agnum quocumque
 ierit.

Oratio. ut supra, & c.

MISSA.

Introitus.

GAudeamus omnes in Domino,
 diem Festum celebrantes, sub
 honore Sanctorum Omnium Ordini-
 nis Minorum: de quorum solemni-
 tate gaudent Angeli, & collaudant
 Filium Dei. *Psalm.* Exultate justi
 in Domino; rectos decet collaudatio
 V. Gloria.

Oratio.

Oratio.

OMnipotens sempiternae Deus, qui Ecclesiam tuam varijs Sā-
ctorum splendoribus semper illus-
tras, protegis, atque conservas: con-
cede propitius, ut B. Francisci, & Sā-
ctorum filiorum ejus, quorum om-
nium merita nos sub una tribuisti
celebritate venerari, precibus, & hic
ab omnibus mundemur offensis, &
in futuro, gloria persuamur aeterna
Per Dominum, &c. *Et fit commemorat.*
S. Petri Ep. & Mart. ut in Missali.

EPISTOLA.

*Ut in Festo Omnium SS. Evang. Nolite
timere. Vt in Com. Conf. non Pontif. &
dicitur Credo.*

OFFERTORIUM.

EXultabunt Sancti in gloria, læta-
buntur incubilibus suis, exalta-
tiones Dei in faucibus eorum.

SECRETA

MUnera tibi Domine, nostræ
devotionis offerimus: quæ &
pro tuorum tibi grata sint honore
justorum; & nobis salutaria te mise-
rante reddantur. Per Dominum, &c.

COMMUNIO.

Lætamini in Domino, & exulta-
te justī, & gloriāmini omnes re-
cti corde.

POST COMMUNIO.

Oratio.

DA, quæsumus Domine, fideli-
bus populis, Omnium Sancto-
rum Ordinis Minorum Semper ve-
neratione lætari: Et eorum perpe-
tua supplicatione muniri. Per Domi-
num, &c.

DIE IV. DECEMBRIS.

In festo S. Barbara Virg. & Mart.

Duplex.

Oratio.

DEus qui inter cetera de com-
muni Virg. & Mart.

*In primo Nocturno Lectiones de Scriptu-
ra occurrente.*

In secundo Nocturno. Lectio iv.

Barbara Virgo, Nicomediæ in
persecutione Julij Maximini
passa est. A patre siquidem Dios-
coro viro nobili, sed Gentili, in alta,
& munita turri, ob egregiam ejus
pulchritudinem, custodienda inclu-
ditur. Ubi balneum, & duas fenest-
ras, quibus lumen exciperetur, in ea
fieri jubet: Barbara vero absente pa-
tre tertiam addi fenestram, & labri
pavimentum crucis imagine ornari
voluit. Reversus pater, de tertia fe-
nestra quærit: Virgo occasionem
nacta, de Sacrosanctæ Trinitatis my-
sterio multa aperte, & divine disse-
rit, ac pluribus verbis ad salutarem
Christi Fidem patrem est cohortata
&c. Propter veritatem, &c.

Lectio v.

AT pater, non solum suæ im-
pietatis stimulis, sed etiam
maximo Cæsaris timore adductus,
qui Fidem Christi immaniter perse-
quebatur, filiam modis omnibus ni-
titur ad idolatriam revocare. Cū-
que id consequi non posset, Provin-
ciæ Præsidi eam tradit. Qui primum
virginem blanditijs aggressus: ubi se
nihil vidit efficere, nudam nervis bu-

I bulis

bulis crudeliter caedi: dein, praecutis testulis vulnera perfricari imperat. Post haec, in carcerem truditur, ubi clarissima luce, & Christi Domini praesentia ad reliqua subeunda certamina mirifice confirmatur.

Ps. Dil existi, &c.

Lectio vi.

Sed cum iterum Praesidi sisteretur, & constantior in Fidei confessione persisteret: ferreis unguis dilaniatur: lateribus ardentes faces admoventur; caput ferreis malleis con-

tunditur; mamillae praescinduntur; direptis vestibis ignominiae causa, per publica loca perducitur. Quibus tormentis fortiter, & invicte superatis; tandem a patre impietatis furore amente capite truncata, gloriosum martyrii agonem consummavit. Ab Origine Sacris Literis imbuta fuisse traditur.

Ps. Afferentur, &c.
In tertio Nocturno, Evangelium. Simile erit regnum caelorum decem virginibus, &c. ut in Communi Virginum.

FINIS.



POST COMMUNIO.

DA, carissimus Domine, sancti- bus populus, Orationum sancto- rum Ordinis Minorum semper ve- ratione laetari: Et eorum perse- cutatione manere. Per Domi- num, &c.

L I C E N C I A S.

VI estes Officios, & póde V. Illustríssima conceder ao supplicante a licença que pede. Carmo 25. de Março de 1681.

Fr. Gregorio de Iesus.

Vista a informação podemse imprimir estes Officios da Ordem Franciscana, & despois tornarão para se conferirem; & se dar licença para correrem, & sem ella não correrão. Lisboa 24. de Março de 1681.

Serraõ.

Que se possa imprimir vista a licença do Ordinario que apresenta, & despois de impresso tornarà à Mesa para se conferri & taxar, & sem isso não correrá. Lisboa 28. de Março de 1681.

Basto.

Rego.

Lamprea.

Roxas.

OFFICIUM
S. EDUARDI
CONFESSORIS.

A Sac. Rituum Cōgregatione reco-
gnitum, & approbatum.

*Et ab omnibus Christi fidelibus utriusque sexus tām Se-
cularibus, quām Regularibus, qui ad horas Cano-
nicas tenentur sub ritu semiduplici de prae-
cepto recitandum.*

Die xiiij. Octobris.

INFESTO.

S. EDUARDI
CONFESSORIS.
SEMIDUPLEX.

*Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, excep-
tis Lectionibus secundi Nocturni, & Oratione.*

Oratio.

DEus, qui Beatum
Regem Eduardum
Confessorem tuum æter-
nitatis gloria coronasti,

fac nos quæsumus ita
eum venerari in terris,
vt cum eo regnare possi-
mus in celis. Per Domi-
num nostrum, &c.

A Lec-

Lectio iv.

EDUARDUS
cognomen-
to Cōfessor,
nepos San-
cti Eduardi
Regis, & Martyris Anglo
Saxonum Regum vlti-
mus, quem futurum Re-
gem Brithualdo viro san-
ctissimo in mentis exce-
ssu Dominus demonstra-
vit, decēnis à Danis An-
gliam vastantibus quæsi-
tus ad necem exulare co-
gitur apud Avunculum
Normaniæ Ducem, vbi
in medijs vitiorum ille-
cebris talem se exhibuit
integritate vitæ, mo-
rumque innocentia, vt
omnibus admirationi ef-
set. Eluxit in eo, vel tum,
mira pietas in Deum, ac
res divinas, fuitque inge-
nio mitissimo, atque ab
omni dominandi cupidi-
tate alieno, cuius ea vox
fertur, malle se Regno ca-
rere, quod sine cæde, &
sanguine obtineri non
possit.

Lectio v.

EXtinctis mox Tyrā-
nis, qui fratribus
suis vitam, & Regnum
eripuerant revocatur in
patriam, vbi summis om-
nium votis, & gratulatio-
ne Regno potitus, ad ho-
stiliū irarum delēda ve-
stigia totum se convertit
à sacris exorsus, ac Divo-
rum Templis, quorum
alia à fundamētis erexit,
alia refecit, auxitque re-
ditibus, ac privilegijs in
eam curam potissimum
intentus, vt refloreceret
collapsa Religio. Ab au-
læ proceribus compulsū
ad nuptias cōstans est as-
sertio scriptorum cum
virgine sponsa virginita-
tem in matrimonio ser-
vasse. Tantus in eo fuit
in Christum amor, & fi-
des, vt illum aliquando
inter Missarum solemnia
videre meruerit blando
vultu, & divina luce ful-
gentem. Ob profusam
charitatem, orphanorū
& egenorum pater pas-
sim

sim dicebatur, nunquam lætior, quam cum Regios thesauros exhausisset in pauperes.

Lectio vj.

Prophetiæ dono illustris, de Angliæ futuro statu multa cælitus prævidit, & illud in primis memorabile, quod Suveyni Danorum Regis in mare demersi mortē, dum Angliam invadendi animo classē conscenderet, eodem quo accidit momento, divinitus intellexit. Ioanem Evangelistam mirificè coluit, nihil cuiquam, quod ejus nomine peteretur, negare solitus. Cui olim sub lacera veste suo nomine stipem rogāti, cum nummi deessent; detractum

ex digito anulum perrexit, quem Divus non ita post multo Eduardo remisit, vna cum nuncio secuturæ mortis; quare Rex, indictis pro se precibus, ipso ab Evangelista prædicto die, pijsimè obiit nonis videlicet Januarij, anno salutis millesimo sexagesimo sexto, quem sequenti seculo, Alexander Papa III. miraculis clarum, Sanctorum fastis adscripsit. At ejus memoriam Innocentius XI. officio publico per univērsam Ecclesiam eodie celebrari præcepit, quo annis ab obitu sex, & triginta translātū ejus corpus incorruptum, & suavem spirans odorem repertum est.

Az

Vrbis,

Vrbis, & Orbis.

Sacra Rituum Congregatio ad pias preces Eminē-
tissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis de
Norfolcia suprascriptas lectiones secundi Nocturni, &
Orationem propriam recitandas cum Officio in festo S.
Eduardi Confessoris die 13. Octobris quotānis in Ec-
clesia vniuersali ab omnibus Christi fidelibus vtriusque
sexus, tam secularibus, quā Regularibus, qui ad
horas canonicas tenētur sub ritu semiduplici de præcep-
to, diligenter reuistas, & relatas per Eminētissimū,
& Reverendissimū Dominū Cardinalem Casanate ap-
probavit, ac imprimi posse concessit. die 6. Aprilis 1680.

**Pro Em. Card. Fachetto Præf.
Nicolaus Card. Ludouisius.**

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

U L Y S I P O N E.

Ex Typografia Dominici Carneyro.
M. DC. LXXX.

DIE VI. FEBRUARIJ.

OFFICIUM

INFESTO

S. IOANNIS DE MATHA

CONFESSORIS.

ORDINIS SANCTISSIMÆ TRINITATIS REDEMPTIONIS Captivorum Patriarchæ, & Fundatoris.

DUPLEX.

A Sac. Rituum Cōgreg. examinatum, & approbatum, & ab omnibus utriusque sexus tum Sæcularibus, tum Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitandum

Die 6. Februarij.

Omnia de Comm. Conf. non Pontif. exceptis his, quæ sunt propria.

In Hymn. Vesp. & Matut. dicatur: Hac die letus meruit supremos laudis honores.

Oratio.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio jv.

Deus, qui per Sanctum Ioannem de Matha Ordinem Sanctissimæ Trinitatis ad redimendum de potestate Saracenorum Captivos cælitus instituere dignatus es: Præsta, quæsumus, ut eius suffragantibus meritis, à captivitate corporis, & animæ, te adjuvante, liberemur. Per Dominum, &c.

In Vesperis, & Laudibus commem. S. Dorotheæ V.M.

IN I. NOCTVRNO.

Lectioes de Scriptura occurr.

Ioannes de Matha, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Institutor, Falcone in Provincia natus est, parentibus pietate, & nobilitate conspicuis. Studiorum causa Aquas Sextias, mox Parisios profectus, confectoquæ Theologiæ curriculo, Magisterij Lauream adeptus, Doctrinæ, & virtutum splendore enituit. **Quibus**

In Festo S. Ioannis de Matba.

bus motus Parisiensis Antistes ad Sacrum Presbyteratus Ordinem præ humilitate reluctanter promovit, eo consilio, ut in ea Civitate commorans sapientia, & moribus studiosæ juventuti prælucere. Cum autem in Sacello ejusdem Episcopi ipso cum alijs adstante, primum Deo sacrum offerret, cælesti favore meruit recreari. Nam Angelus candida, & fulgenti veste indutus, cui in pectore Crux rubei, & carulei coloris affuta erat, brachijs cancellatis, & super duos Captivos ad latera positos Christianum unum, alterum Maurum, extensis apparuit. Qua visione in extasim raptus, intellexit protinus vir Dei, se ad redimendos ab Infidelibus Captivos destinari.

¶. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ¶. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei Et dedit.

Lectio v.

Quo verò maturius in re tanti momenti procederet, in solitudinem seces-

sit, ibique divino nutu factum est, ut Felicem Valesium in ipsa Eremita jam multis annis degentem repererit, cum quo inita societate se per triennium in Oratione, & contemplatione, omniumque virtutum studio exercuit. Contigit autem, ut dum secum de rebus Divinis propè fontem colloquerentur, cervus ad eos accesserit Crucem inter cornua gerens, rubei, & carulei coloris: Cumque Felix ob rei novitatem miraretur, narravit ei Joannes visionem in prima Missa habitam, & exinde ferventius Orationi incumbentes, ter in somnis admoniti Romam proficisci decreverunt, ut à Summo Pontifice novi Ordinis pro redimendis Captivis institutionem impetrarent. Electus fuerat eo tempore Innocentius III. qui illis benigne acceptis, dum secum de re proposita deliberat, in Festo S. Agnetis Secundo Laterani intra Missarum solemniam ad Sacram Hostiæ elevationem, Angelus ei candida veste, cruce bicolori, specie redimentis Captivos apparuit. Quo viso, Pontifex Institutum approbavit, & novum Ordine

In Feflo S. Ioannis de Matha.

Sanctiffimæ Trinitatis Redemtionis Captivorum vocari juffit, ejufque profefforibus albas veftes cum Cruce rubei, & cærulei coloris præbuit.

¶ Amavit eum Dominus, & ornavit eum, ftolâ gloriæ induit eum: * Et ad portas Paradifi coronavit eum. ¶ Induit eum Dominus lorica m Fidei, & ornavit eum. Et ad portas. *Lectio vj.*

Sic ftabilito Ordine, Sancti Fundatores in Galliâ redierunt, primoque Cœnobio Cervi frigidi in Diœcefi Meldenfi constructo, ad ejus regimen Felix remansit, & Ioannes Româ cum aliquot socijs reversus est, ubi Innocentius domum, Ecclesiam, & Hospitale Sancti Thomæ de Formis in Monte Cœlio eis donavit, cum multis redditibus, & possessionibus. Datis quoque litteris ad Miramolinum Regem Marchij opus redemptionis felici auspicio inchoatum fuit. Tum ad Hispanias, sub jugo Saracenorum magna ex parte oppressas, Ioannes profectus est, Regumque, Principum, atque aliorum fidelium animos ad Captivorum, & pauperum cômiserationem commovit. Monasteria ædi-

ficavit, Hospitalia erexit, magnoque lucro animarum plures Captivos redemit. Romam tandem reversus, sanctisque operibus incumbens, assiduis laboribus attritus, & morbo confectus, ardentissimo Dei & proximi amore exæstuans, ad extremum devenit. Quare fratribus convocatis, eisque ad opus redemptionis cœlitus præmonstratum efficaciter cohortatis, obdormivit in Domino sexto decimo Kalendarum Ianuarij, anno salutis millesimo ducentesimo decimo tertio: ejufque corpus in ipsa Ecclesia Sancti Thomæ de Formis condigno honore tumulatum fuit.

¶ Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gētibus. ¶ Iste est, qui contempfit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia Regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno. Homil. S. Gregorij Papæ in Evang. Sint lumbi vestri præcincti. de eodem Communi.

Nona lect. de S. Dorothea V. & Mart.

Missæ. Os justî. de eodem Communi, Oratio, ut supra.

Sanctissimus Pater noster Clemens Papa Decimus, ad pias preces Serenissimi Regis Hispaniarum, per Eminentissimum D. Cardinalem Nithardum suum Oratorem ordinariū, Sanctitati suæ porrectas; supplicante pariter Patre Fratres Didaco de Iesu, Procuratore Generali Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniæ, nomine totius sui Ordinis, benignè inclinatus, gratiam extendendo concessit, ut in posterum singulis annis, etiam in tota Hispania tantum, ab omnibus utriusque sexus, tum secularibus, tum regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur recitari, ac respectivè celebrari possit, & valeat Officium, & Missa de Communi Conf. non Pont. Sanctorum Ioannis de Matba, & Felicis de Valois, Fundatorum prædicti Ordinis, cum Orationibus, & Lectionibus proprijs, approbatis, & concessis præfatæ Religioni à Sacra Rituum Congregatione die 6. Maij 1673. annuente eodē Sanctissimo, die 17. ejusdem mensis Maij, & anni, sub Ritu duplici. Hac die 13. Novemb. 1675. V. Cardinalis Carpineus. Loco ✠ Sigilli.

PRO REGNO PORTUGALLIÆ.

Pro Patre Fratris Iosephi de Gama, Procuratoris Generalis Provinciæ Portugalliæ Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum expositum fuit, qualiter die 13. Novembris 1675. fel. rec. Clemens Papa Decimus indulget pro tota Hispania, tantum celebrari posse Festa SS. Ioannis de Matba, & Felicis de Valois Fundatorum dicti Ordinis, sub ritu duplici, ab omnibus Christi fidelibus utriusque sexus, tum secularibus, tum Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur; cum Orationibus, & Lectionibus proprijs, approbatis, & concessis prædicto Ordini à Sacra Rituum Congregatione die 6. Maij 1673. Ideoque orator prædictus nomine totius suæ Provinciæ supplicavit, quatenus eadem Sacra Congregatio dignaretur prædictum indultum extendere etiā ad totum prædictū REGNUM POTVGALLIÆ ut magis excitetur devotio erga prædictos sanctos. Et eadē Sacra Congregatio ad relationem Eminentissimi Domini Cardinalis Maximi Gratiā de super petitā benigne cōcessit die 10. Julij 1677. V. Cardinalis Carpineus. Loco ✠ Sigilli.
Bernard. Casal, Sac. Rit. Congreg. Secret.

166
DIE X. NOVEMBRIS.

OFFICIUM

INFESTO

S. FELICIS DE VALOIS

CONFESSORIS.

ORDINIS SANCTISSIMÆ TRINITATIS REDEM-
ptionis Captivorum Patriarchæ, & Fundatoris.

DUPLEX.

A Sac. Rituum Cōgreg. examinatū, & appro-
batum, & ab omnibus utriusque sexus tūm
Sæcularibus, tū Regularibus, qui ad Ho-
ras Canonicas tenentur, recitandum

Die 10. Novembris.

*Omnia de Comm. Conf. non Pont. exceptis his,
que sunt propria.*

*In Hymn. Vesp. & Matut. dicatur: Hac die letus
meruit supremis laudis honores.*

Oratio.

DEus, qui Beatum Fe-
licem Confessorē tuū
ex eremo ad munus redi-
mendi Captivos cælitus vo-
care dignatus es: præsta, quę
sumus, ut per gratiam tuam
ex peccatorum nostrorum
captivitate, ejus intercessio-
ne liberati, ad cælestem pa-
triam perducamur. Per Do-
minum, &c.

*In Vesperis, & Laudibus
commem S. Dorotheæ V. M.
Triph. &c.*

IN I. NOCTURNO.

Lectioes de Scriptura occurr

IN II. NOCTURNO.

Lectio 1^a.

Felix, Hugo antea di-
ctus, ex Regali Vale-
siorum Familia ortus
in Gallia, ab ineunte ætate
non levia dedit futuræ fan-
ctitatis inditia, præsertim
misericordiæ erga pauperes,
nam adhuc infantulus manu
propria, ac si grandior esset,
& judicij maturitate polle-
ret,

In Festo S. Felicis de Valois.

ret, nummos egenis distribuit. Jam grandiusculus, solebat ex appositis in mensa dapibus ad ipsos mittere, & ferme eo, quod sapidius erat obsonio pauperulos pueros recreabat. Adolescens non semel vestibus se spoliavit, ut inopes cooperiret. Ab Avunculo Theobaldo Xamphanæ, & Blefij Comite vitam reo mortis impetravit, prædicens hunc infamem, hætenus sicarium, mox sanctissimis præditum moribus evasurum: veridicum testimonium monstravit eventus.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. *V.* Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei. Et dedit.

Leclio. v.

Post exactam laudabiliter adolescentiam cepit ex cælestis contemplationis studio solitudinē cogitare, prius tamen voluit Sacris initiari, ut omnē Regni, cujus successionē jure Legis Salicæ non longe distabat, spem sibi præcideret.

Sacerdos factus, & prima Missa devotissimè celebrata, non multo post in eremum secessit, ubi summa abstinentia victitans, cælestium charismatum abundantia pascbatur. Ibi cum Sancto Joanne de Matha Parisiensi Doctore, à quo ex divina inspiratione quaesitus, & inventus, per aliquot annos sanctissimè vixit, donec ambo per Angelum, à Deo admoniti Romam petierunt, specialem à Summo Pontifice vivendi regulam impetraturi. Facta igitur Innocentio Papa Tertio inter Missarum solemniam revelatione Religionis, & Instituti de redimendis Captivis, ab ipso Pontifice, simul cum Socio, candidis vestibus bicolori Cruce signatis induitur, ad eam formam qua Angelus indutus apparuit, & insuper voluit Pontifex, ut nova Religio juxta triplicem colorē, quo habitus constat, Sanctissimæ Trinitatis titulo decoraretur.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronavit eum.

167

In Festo S. Felicis de Valois.

✠. Induit eum Dominus lor-
ricam Fidei, & ornavit eum.
Et ad portas.

Lectio vj.

Regula propria ex Sū-
mi Pontificis Innocē-
tij confirmatione accepta, in
Diocēsi Meldensi apud lo-
cum, qui Cervus Frigidus
dicitur, primū Ordinis
paulo antea se, & socio ex-
tractum Cœnobiū amplia-
vit, ubi Religiosam obser-
vantiam, & Redemptionis
Institutum mirificè coluit,
ac inde per alumnos in alias
Provincias, diligentissimè
propagavit. Illustrem hic à
B. Virgine matrem favorem
accepit, dormientibus liqui-
dem cunctis fratribus, & ad
matutinas Preces in pervi-
gilio Nativitatis Deiparæ
media nocte recitadas, Deo
sic disponente, non surgēti-
bus; Felix de more vigilans,
& horas præveniens, Chorū
ingressus, reperit Beatam
Virginem in medio Chori
habitu Cruce Ordinis insig-
nito indutam, ac Cœlitibus
similiter indutis sociatam.
Quibus permixtus Felix præ-

cinente Deipara, laudes divi-
nas concinuit, riteque per-
solvit. Et quasi jam à terre-
stri ad Cœlestem Chorum
evocaretur, instantis mortis
ab Angelo certior factus fi-
lios ad charitatem erga pau-
peres, & Captivos adhor-
tans, animam Deo reddidi-
tate, ac meritis consum-
matus, anno post Christum
natum ducentesimo duode-
cimo supra millesimum, sub
eodem Pontifice Innocētio
Tertio.

✠. Iste homo perfecit om-
nia, quæ locutus est ei Deus,
& dixit ad eū: Ingredere in
requiem meam. * Quia te vi-
di justum coram me ex om-
nibus gētibus. ✠. Iste est, qui
contempsit vitam mundi, &
pervenit ad cœlestia regna.
Quia. Gloria Patri, &c. Quia

*In tertio Nocturno, Ho-
milia Venerabilis Bedæ Pres-
byteri in Evangelium.*

Nolite timere pusillus grex,
de eodem Communi.

*Nona lect. de SS. M. Triph.
&c. Missa. Justus ut palma
florebit, de eodem Communi,
Oratio propria, ut supra.*

Sanctissimus Pater noster Clemens Papa Decimus, ad pias preces Serenissimi Regis Hispaniarum, per Eminentissimum D. Cardinalem Nubardum suum Oratorem ordinariū, Sanctitati suae porrectas; supplicante pariter Patre Fratrem Didaco de Iesu, Procuratore Generali Ordinis Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis, Redemptionis Captivorum Cōgregationis Hispaniae, nomine totius sui Ordinis, benignè inclinatū, gratiam extendendo concessit, ut in posterum singulis annis, etiam in tota Hispania tantum, ab omnibus utriusque sexus, tum secularibus, tum regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur recitari, ac respectivè celebrari possit, & valeat Officium, & Missa de Comuni Conf. non Pont. Sanctorum Ioannis de Matha, & Felicis de Valois, Fundatorum praedicti Ordinis, cum Orationibus, & Lectionibus proprijs, approbatis, & concessis praefatae Religioni à Sacra Rituum Congregatione die 6. Maij 1673. annuente eodē Sanctissimo, die 17. eiusdem mensis Maij, & anni, sub Ritu duplici. Hac die 13. Novemb. 1675. V. Cardinalis Carpineus. Loco ✠ Sigilli

PRO REGNO PORTUGALLIAE.

Pro Patre Fratris Iosephi de Gama, Procuratoris Generalis Provinciae Portugalliae Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum expositum fuit, qualiter die 13. Novembris 1675. fel. rec. Clemens Papa Decimus indulget pro tota Hispania tantum celebrari posse Festa SS. Ioannis de Matha, & Felicis de Valois Fundatorum dicti Ordinis, sub ritu duplici ab omnibus Christi fidelibus utriusque sexus tum secularibus, tum Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur; cum Orationibus, & Lectionibus proprijs, approbatis, & concessis praedicto Ordini à Sacra Rituum Cōgregatione die 6. Maij 1673. Ideoque orator praedictus nomine totius suae provinciae supplicavit, quatenus eadem Sacra Congregatio dignaretur praedictum indulgentiam extendere etiam ad totum praedictum REGNUM PORTUGALLIAE ut magis excitetur devotio erga praedictos Sanctos. Et eadem Sacra Cōgregatio ad relationem Eminentissimi Domini Cardinalis Maximi Gratiam de super petitā benigne cōcessit die 10. Iulij. 1677. V. Cardinalis Carpineus. Loco ✠ Sigilli.
Bernard. Casal. Sac. Rit. Congreg. Secret.

OFFICIUM
COMMEMORATIONIS
SOLEMNIS
B. VIRG. MARIÆ
DE MONTE CARMELO.



CONCESSUM AB INNOCENCIO XI.
Regno Portugaliæ, & ejus Provinciis, ditio-
nibusq; ei subjectis.
ULYSSIPONE.

Ex Typographia Dominici Carneyro. Anno. 1679.

OFFICIUM
 COMMEMORATIONIS
 SOLEMNIS
 B. VIRG. MARIÆ
 DE MONTE CARMELO.



CONCESSUM AB INNOCENTIO XI.
 Regni Portugaliæ & eius Provinciæ, dno.
 tributa: et subiectis.
 ULYSSIPONÆ.
 Typographia Domini Caracior. Anno 1692.

OFFICIUM

COMMEMORATIONIS

SOLEMNIS

BEAT. VIRGINIS MAR.

DE MONTE CARMELO.

Duplex Maius.

Juxta Bullam S. D.N. Innocentij xi. ab omnibus utriusque sexus fidelibus, tam secularibus, quam regularibus omnium Regnorum, Provinciarum, & Ditionum Coronae Lusitanae subjectarum, qui ad horas canonicas tenentur, recitandum die 16. Julij, aut alia die intra octavam.

DIE XVI. JULIJ.

Vel alia intra octavam.

*In festo Commemorationis
solemnis B. Virginis
Mariae de Monte
Carmelo.*

Duplex Maius.

AD VESPERAS.

Antiph. Pulchra es, &c.

*cum reliquis de Laudibus.
Psalm. Dixit Dominus.
cum reliquis, ut in Officio
parvo B. Virginis Mariae.*

Capitulum Eccles. 24.

Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ergo mater pulchrae dilectionis, & timoris,

27 *Officium Commemorationis solemniss
& agnitionis, & sanctę pletorij, & horarum dica-
spei. tur.*

Hymn. Ave Maris Stella Jesu tibi fit gloria.
V. Ora pro nobis Sancta Qui natus est de Virgine.

Dei genitrix R. Ut dig-
ni efficiamur promissio-
nibus Christi.

Ad Magnificat Antiph.
Ave Regina Cęlorum:
Ave Domina Angelorū,
Salve radix Santa,
Ex qua mundo lux est
orta:

Gaude Virgo gloriosa,
Super omnes speciosa:
Vale valde decora,
Et pro nobis seper Chris-
tum exora.

Oratio.

DEus, qui Beatissimę
semper Virginis, &
Genitricis tuę Marię sin-
gulari titulo Carmeli Or-
dinem decorasti: Con-
cede propitius; ut cujus
hodie Commemoratio-
nem solemniter celebramus
officio, ejus muniti prę-
sidijs, ad gaudia sempiter-
na pervenire mereamur.
Qui vivis & regnas, &c.

In fine Hymnorum Com-

AD MATUTINAM.

Invitatorium. In hono-
rem Beatissimę Marię
Virginis. * Jubilemus Do-
mino. *Psalm.* Venite, ex-
ultemus. *Hymn.* Quem
terra, &c.

*In primo Nocturno An-
tipl.* Benedita tu in mu-
lieribus, & benedictus
fructus ventris tui. *Psal-
mus.* Domine Dominus
noster: *Cum reliquis, ut in
Officio parvo B. Marię,
Antiphona.* Beata Mater,
& intacta Virgo gloriosa
Regina mundi intercede
pro nobis ad Dominum.
Psalmus. Cęli enarrant,
Antiphona. Dignare me
laudare te, Virgo sacra-
da mihi virtutem contra
hostes tuos. *Psalm.* Do-
mini est terra. V. Sancta
Dei Genitrix Virgo sem-
per Maria. R. Intercede
pro nobis ad Dominum
Deum nostrum.

De

De Parabolis Salomonis.

Lectio j. Cap. 8. & 9,

Ego sapientia habito
in consilio, & erudi-
tis intersum cogitationi-
bus. Timor Domini odit
malum; arrogantiam, &
superbiam, & viam pra-
vam, & os bilingue de-
testor. Meum est confi-
lium, & æquitas, mea est
prudencia, mea est forti-
tudo. Per me Reges re-
gnant, & legum con-
ditores justa decernunt.
Per me Principes impe-
rant, & potentes decer-
nunt justitiam. Ego dili-
gentes me diligo; & qui-
mané vigilant ad me, in-
venient me.

R. Santa, & immaculata
virginitas, quibuste lau-
dibus efferam, nescio:

* Quia quem cæli capere
non poterant, tuo gremio
contulisti. y. Benedic-
ta tu in mulieribus, & be-
nedictus fructus ventris
tui. Quia.

Lectio ij.

Micum sunt divi-
tiæ, & gloria, opes

superbæ, & justitia. Me-
lior est enim fructus
meus auro, & lapide pre-
tioso, & geminiam mea
argento electo. In vijs ju-
stitiæ ambulabo, in me-
dio semitarum judicij, ut
ditem diligentes me, &
thesauros eorū repleam.
Dominus possedit me in
initio viarum suarum an-
tequam quidquam face-
ret a principio. Ab æter-
no ordinata sum, & ex
antiquis, antequam ter-
ra fieret. Nondum erant
abyssi, & ego jam con-
cepta eram: necdum
fontes aquarum crupe-
rant: necdum montes
gravi mole constiterant;
ante colles ego parturie-
bar.

R. Congratulamini mihi
omnes, qui diligitis Do-
minum: * Quia cum es-
sem parvula, placui Al-
tissimo, & de meis visce-
ribus genui Deum, & ho-
minem. y. Beatam me di-
cent omnes generatio-
nes; quia ancillam humi-
lem respexit Deus. Quia.

74 *Officium Commemorationis solennis*

Lectio iij.

BEatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem á Domino: qui autem in me peccaverit, lædet animam suam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. Sapientia ædificavit sibi domũ, excidit columnas septem. Immolavit victimas suas, miscuit vinum, & posuit mensam suam. Misit ancillas suas, ut vòcarent ad arcem, & ad mœnia civitatis: Siquis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.

R. Continet in gremio cælum, terramque regentem, * Virgo Dei Genitrix: proceres comitantur heriles, per quos orbis ovans Christo sub Principe pollet. *V.* Virgo

Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se claudit viscera, factus homo. Virgo. Gloria Patri. Virgo.

In secundo Nocturno, Antiph. Specie tua, & pulchritudine tua intende prosperè procede, & regna. *Psalmus.* Eructavit. *Antiphon.* Adjuvabit eam Deus vultu suo; Deus in medio ejus, non commovebitur. *Psalmus.* Deus noster refugium, *Antiph.* Sicut lætantium omnium nostrum habitatio est in te, Sancta Dei Genitrix. *Psalm.* Fundamenta. *V.* Post partum Virgo inviolata permansisti. *R.* Dei Genitrix intercede pro nobis.

Lectio iv.

CUm sacra Pentecostes die Apostoli cælitus afflati, varijs linguis loquerentur, & invocato augustissimo Iesu nomine, mira multa patrant; viri plurimi, qui vestigijs Sanctorum Prophetarum Elia, ac Elisei insti-

institerant, & Ioannis Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant, rerum veritate perspecta, atque probata, Evangenlium Fidem cōfestim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu, Beatissimam Virginem (cujus colloquijs, ac familiaritate feliciter frui potuere) adeo venerari cæperunt, ut primi omnium in eo Montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendente nebulam Virginis typo insignem, conspexerat, eidem purissimæ Virgini Sacellum construxerint.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in Monte Sion: Quasi myrrha electa, * Dedi suavitatem odoris. *y.* Et sicut cinnamomū, & balsamū aromatizans. Dedi suavitatem.

Lectio v.

AD novum ergo Sacellum sæpe quoti-

die convenientes, ritibus pijs, precationibus, ac laudibus Beatissimam Virginem, velut singularem Ordinis tutelam colebant. Quamobrem Fratres Beatæ Mariæ de Monte Carmelo passim ab omnibus appellaricæ. perant, eumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt, sed, & Indulgentias peculiare ijs, qui eo titulo vel, Ordinem, vel Fratres singulos nuncuparent, concessere. Nec vero nomenclaturam tantū magnificentissima Virgo tribuit, & tutelam, verum & insigne sacris Scapularis, quod Beato Simoni Angelico præbuit, ut cælesti hac veste Ordo ille sacer dignosceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Ac demū cum olim in Europa Ordo esset ignotus, & ob id apud Honorium Tertium non pauci pro illius extinctione instarent, assistit Honorio noctu pijsi-

ma Virgo Maria, plane-
que iussit, ut Institutū, &
homines benigne com-
plecteretur.

℞. Quæ est ista quæ pro-
cessit sicut Sol, & formosa
tanquam Jerusalem.

* Viderunt eam filia Sion,
& beatam dixerunt, &
Reginæ laudaverūt eam.

ψ. Et sicut dies verni cir-
cumdabant eam flores
rosarum, & lilia conval-
lium. Viderunt.

Lectio vj.

Non in hoc tantum
sæculo Ordinē sibi
tam acceptū multis præ-
rogativis Beatissima Vir-
go insignivit; verūm &
in alio (cum ubique, &
potentia, & misericordia
plurimum valeat) filios
in Scapularis societatem
relatos, qui abstinentiam
medicam, precesque pau-
cas eis præscriptas fre-
quentarunt, ac pro sui
status ratione castitatem
coluerunt, materno pla-
né affectu, dum igne
Purgatorij expiantur, so-
lari, ac in cælestem patriā

obtentu suo quantocius
pie creditur efferre. Tot
ergo tantisque beneficijs
Ordo cumulatus, solem-
nem Beatissimæ Virginis
Commemorationem ri-
tu perpetuo ad ejsdem
Virginis gloriam quotan-
nis celebrandam insti-
tuit.

Æ. Ornatā monilibus fi-
liam Jerusalem Domi-
nus concupivit: * Et vi-
dentes eam filia Sion,
beatissimam prædicave-
runt, dicentes: Unguen-
tum effusum nomen tuū.
ψ. Astitit Regina ad dex-
tris tuis in vestitu de au-
rato, circumdata varicta-
te. Et videntes Gloria Pa-
tri. Et videntes.

*In tertio Nocturno An-
tiph.* Hæc est, quæ nescit
torum in delicto: ha-
bebit fructum in res-
pectione animarum san-
ctatum. *Psalm.* Cantare
Domino. j. *Antiph.* Gau-
de Maria Virgo, cunctas
hæreses sola interemisti
in universo mundo.

Psalm. Dominus regna-

vit, exultet. *Antiph.* Cum
jucunditate Commemo-
rationem Beatæ Mariæ
celebremus, ut ipsa pro
nobis intercedat ad Do-
minum Iesum Christum.
Psalms. Cantate Domino.
ij. *ψ.* Speciosa facta es,
& suavis. *℞.* In delicijs
tuis, Santa Dei Genitrix.

Lectio Santi Evangelij
secundum Lucam.

Lectio. vij. Cap. ii.

IN illo tempore: Lo-
quente Iesv ad turbas,
extollens vocem quædam
mulier de turba, dixit il-
li: Beatus venter qui te
portavit; & ubera, quæ
suxisti. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Be-
dæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 39. Luc. ii.

Magnæ devotionis,
& fidei hæc mulier
ostenditur, quæ Scribis,
& Phariseis Dominum
tentatibus, simul, &
blasphemantibus, tanta
ejus incarnationem præ
omnibus sinceritate co-
gnoscit, tanta fiducia

confitetur, ut & præsen-
tium procerum calum-
niam, & futurorum con-
fundat hereticorum per-
fidam. Si enim caro Ver-
bi Dei secundum carnem
nascentis à carne Virgi-
nis Matris pronuntia tur
extranea, sine causa ven-
ter, qui eum portasset, &
ubera, quæ lactassent,
beatificantur.

℞. Beatam medicet om-
nes generationes: * Quia
fecit mihi Dominus ma-
gna, qui potes est: & san-
ctum nomen ejus, *ψ.* &
misericordia ejus à pro-
genie in progenies timētibus eum. Quia fecit.

Lectio. viij.

QUienim cōsequen-
tia ejus lacte creda-
tur nutritus, cujus semi-
ne negatur esse concep-
tus? cum ex unius, ejus-
demque fontis origine,
secundum phycos, uter-
que liquor emanare pro-
betur: nisi forte putan-
da est Virgo sementinam
suæ carnis materiam nu-

As triendo.

triendo in carne Dei Filio suggerere potuisse: incarnando autem, quasi maiori, & inusitato miraculo, minimè potuisset. Sed huic opinioni obstat Apostolus, dicens; Quia misit Deus Eilium suum, factum ex muliere, factum sub lege.

℞. Felix n. m. que es Sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima; * Quia ex te ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster. y. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineosexu: sentiant omnes tuum iuvamen, quicumque celebrant tuam Commemorationem. Quia ex te. Gloria Patri. Quia.

Lectio ix.

Neque enim audiendi sunt, qui legendum putant, natum ex muliere, factum sub lege, sed factum ex muliere: quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna trahit

ex carne: alioquin nec verè Filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Et nos igitur, his contra Eutychen dictis, extollamus vocem cum Ecclesia Catholica, cujus hac mulier typum gessit: extollamus, & mentem de medio turbatum; dicamusque Salvatori: Beatus venter qui te portavit, & ubera, quæ suxisti. Verè enim Beata Parens, que sicut quidam ait, enixa est puerpera Regem, qui cælum, terramque regit per sæcula. Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

Et per horas, Antiph.

Puichra es, & decora filia Ierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. *Psalm.* Dominus regnavit *Antiph.* Sicut myrrha electa odore dedisti suavitatis, Sancta Dei genitrix. *Psalm.* Iubilate Deo. *Antiphona.* In odorem unguentorum tuorum currimus, adolescen-

centulæ dilexerunt te nimis. *Psalmus.* Deus Deus meus. *Antiph.* Benedicta filia tuá Domino, quia per te fructum vitæ communicavimus. *Psalmus.* Benedicite omnia opera. *Antiphona.* Speciosa facta es, & suavis in delicijs tuis, Sancta Dei Genitrix. *Psalmus.* Laudate Dominum de cælis.

Capitulum. Eccles. 24.

Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.

Hymnus. O Gloriosi Virginum. *ψ* Elegit eam Deus, & prælegit eam. *R.* Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Ad Benedictus Antiph.

Ave Stella matutina,
Peccatorum medicina,
Mūdi Principis, & Regina:
Virgo sola digna dici,
Contra tela inimici,
Glypeum pone salutis,
Tuæ titulum virtutis,

Tues es enim virga Jesse,
In qua Deus fecit esse,
Aaron a migdalum,
Mundi tollens scādalum,
Tues area compluta,
Cælesti rore imbuta,
Sicco tamen vellere.
Tu nos in hoc carcere
Solare propitia,
Dei plena gratia.
O Sponsa Dei electa,
Esto nobis via recta
Ad æterna gaudia,
Ubi pax est, & gloria!
Tu nos semper aure pia
Dulcis exaudi Maria.

Oratio.

Deus, qui Beatissimæ semper Virginis, & Genitricis tuæ Mariæ singulari titulo, Carmeli Ordinem decorasti: Concede propitius; ut cujus hodie Commemorationem solemni celebramus officio, ejus muniti præsidijs: ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Qui vivis, & regnas.

Ad Primam Antiph.

Pulchra es, & decora filia
Ierusalé, terribilis ut castrorum acies ordinata,

10 *Officium Commemorationis Solemnis*

In R. brevi. y. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, Antiph.

Sicut myrrha electi odorem dedisti suavitatis, Sancta Dei Genitrix. *Capitulum.* Ego quasi vitis,

&c. ut supra R. breve.

Sancta Dei Genitrix, * Virgo semper Maria. Sancta Dei. *V.* Intrecede pro nobis ad Dominum Deum nostrum. * Virgo semper Maria. Gloria Patri. Sancta Dei Genitrix, *y.* Post partum Virgo inviolata permansisti. *R.* Dei Genitrix intercede pro nobis.

Oratio ut supra.

Ad Sextam, Antiphon.

In odorem unguentorum tuorum currimus, adolescentulæ dilexerunt te nimis.

Capitulum, Eccles. 24.

Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & favum. Memoria mea in generationes sæculorum.

R. breve. Post partum Virgo, * Inviolata permansisti. Post partum. *V.* Dei

Genitrix intercede pro nobis. * Inviolata. Gloria Patri. Post partum.

y. Speciosa facta es, & suavis. *R.* In delicijs tuis, Sancta Dei Genitrix.

Oratio ut supra.

Ad Nonam, Antiphona.

Speciosa facta est, & suavis in delicijs tuis, Sancta Dei Genitrix.

Capitulum, Eccles. 24.

Qui audit me, non confundetur; & qui operantur in me, non peccabunt: qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

R. breve. Speciosa facta es, * Et suavis. Speciosa. *y.* In delicijs tuis, Sancta Dei Genitrix. *

Et suavis. Gloria Patri. Speciosa facta est. *y.* Elegit eam Deus, & præelegit eam. *R.* Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Oratio ut supra.

Ad secundas Vesperas Antiphona Laudam:

Psal.

*Psalmi, Capitulum, Hym-
nus, & V. ut primis ves-
peris.*

Ad Magnificat. Antiph.

Alma Redemptoris Ma-
ter, quæ pervia Cæli,
Porta manes, & Stella ma-
ris, succurre cadenti.

Surgere qui curat popu-

lo; tu quæ genuisti,
Natura mirante, tuum
sanctam Genitorem,
Virgo prius, ac posterius,
Gabrielis ab ore
Sumens illud Ave, pec-
catorum miserere.

*Oratio. Deus, qui &c. ut
supra.*

MISSA

COMMEMORATIONIS SOLEMNIS

Beatæ Virginis Mariæ de Monte
Carmelo.

INTROITUS.



Audeamus
omnes in Do-
mino, diem
festum cele-
brantes sub

honore Beatæ Mariæ Vir-
ginis, de cujus solemnita-
te gaudent Angeli, & col-
laudant Filium Dei. *Psal.*
Eructavit cor meū verbū
bonum: dico ego opera

mea Regi. Gloria Patri.
Gaudeamus, &c.

Oratio.

DEus, qui Beatissime
Semper Virginis, &
Genitricis tuæ Mariæ sin-
gulari titulo Carmeli Or-
dinem decorasti; concede
propitius, ut cujus hodie
cōmemorationē solemnī
celebramus officio, ejus
muniti præsidij ad gaudia
sem-

sempiterna pervenire mereamur. Qui vivis, &c.

Lectio Libri Sapientie.

Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego Mater pulchre dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sancte spei. In me gratia omnis viae, & veritatis, in me omnis spes vite, & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super me dulcis, & hereditas mea super mel, & favum. Memoria mea in generationes seculorum. Qui edunt me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur. Et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam eternam habebunt.

Graduale. Benedicta, & venerabilis es virgo Maria, quae sine tactu pudoris

inventata es Mater Salvatoris. V. Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit Orbis in tua se clausit viscera factus homo.

Alleluya, Allel. V. Per te Dei Genitrix nobis est vita perdita data: quae de Caelo suscepit prolem: & mundo genuisti Salvatorem. Allel.

† *Sequentia Sancti Evangelij secundum Lucam.*

In illo tempore: loquente Iesu ad turbas, extollens vocem quaedam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & Utera, quae suxisti. At ille dixit: Quinimo, Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Credo.

Offertorium.

Recordare Virgo Mater, in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bona; & ut avertas indignationem suam a nobis.

Secreta.

Sanctifica Domine, quae sumus obla-

Oblata libamina: & Beatæ
Dei Genitricis Mariæ sa-
luberrima intercessione,
nobis salutaria fore cõce-
de. Per eũdem Dñm. &c.
Prefatio. Et te in Com-
memoratione B. Marię.

Communio.

Regina mundi dignissima
Maria, Virgo perpetua,
intercede pro nostra pace
& salute; quæ genuisti
Christu Dñm. Salvatorem

omnium.

Post Communio.

ADjuvet nos quæsu-
mus Dñe, Gloriosæ
tuæ Genitricis, semperq;
Virginis Mariæ interces-
sio veneranda; ut quos
perpetuis cumulavit be-
nificijs, à cunctis pericu-
lis absolutos, tua faciat
pieta te cõcordes. Qui vi-
vis, & regnas cum Deo
Patre. &c.

INNOCENTIVS PAP, XI.



AD perpetuam rei memoriam. Apostolatus officium;
quod inscrutabilis Divinæ bonitatis altitudo humiliati
nostræ, meritis licet, & viribus longe impari, committe-
re dignata est. salubriter exequi adjuvante Domino, ju-
giter fatigantes pijs Xpi. fidelium, & præsertim personarum in su-
blimitate positarum, manoque virtutum fulgore conspicuarum
votis ad augendum in terris Augustissimæ Santissimę Deiparæ
Virginis Mariæ cultum, & venerationem laudabili studio tendenti-
bus favorabilem assensum paterna benignitate libenter præbemus
sicut ad augendã Christiani Populi devotionem conspicimus in Do-
mino salubriter expedire, cum itaque sicut nomine Charissimæ in
Christo filiæ nostræ Marię Francisçę Elisabeth Portugalię, & Al-
garbiorum Reginę Illustris nobis per venerabilem fratrem Ludo-
vicum Archiepiscopum Bracharensẽ dilectissimi in Christo filij
nostri Petri Principis Portugalię, & Algarbiorum Regnorum Gu-
bernatoris apud nos, & sedem Apostolicam oratorem nuper expo-
situm fuit, ipsa Maria Francisca Elisabetha Regina pro piculari sua
erga Beatissimam Virginem præfatam devotionem festum ejusdem
Santissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo quotãnis die decimã
ma sexta Julij seu alia die intra illius octavam cum eodem Officio,
ac mæ

ac missa propria quibus fratres Ordinis ejusdem Beatę Marię Vir-
ginis de Monte Carmelo ex indultis sedis Apostolicę prædictę utu-
tur in Regnis, & dominijs Coronę Portugalię subjectis celebrari
posse summoperę desideret? nos pijs ipsius Marię Franciscę Elisa-
bethę Reginę votis hac in re quantū cū Domino possumus paternę
charitatis studio annuere cupientes, supplicationibus nō bis super
hoc humiliter porrectis inclinati, ut festum Gloriosissimę Vrginis
Marię de Monte Carmelo ab omnibus, & singulis utriusque sexus
Christi fidelibus tam cæcularibus, quam regularibus, qui ad horas
canonicas tenentur in omnibus ecclesijs præfatorum Regnorum
Portugalię, & Algarbiorum, ac Provinciarum, & ditionum qua-
rumcūque Coronę Portugalię subjectarum annis singulis die vij.
Julij, seu alia die intra illius octavam cum Officio, & missa propria
quibus fratres prædicti, sicut præmittitur, utuntur celebrari libere,
& licet possit, & valeat autoritate Apostolica tenore præsentium
concedimus, & indulgemus, Decernentes easdem præsentis literas
semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suos que ple-
narios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quo spec-
tat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissimę
suffragari, sicque in præmissis per quoscunque iudices ordinarios, &
delegatos, etiam causarum palatii Apostolicę Sedis nuntios su-
blata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretan-
di facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritū, & in-
nane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contingerit attentari. Non obstantibus constitutionibus,
& ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscūq;
Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis,
seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarij duplici subscri-
ptis, & sigillo personę in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis,
& eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique locorum ha-
beat, quę haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitę, vel of-
tensę Dat. Romę apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die
vigessima quarta Martij 1679. Pontificatus nostri anno tertio.

✠ *Joannes Gualterius Lusius.*

INFESTO

S. HEDWIGIS

Viduæ, Reginae Poloniae, Or-
dinis Cisterciensis.

Semiduplex Ad libitum.

IN SECUNDO NOCTVRNO

Leetio iv.

Hedvwigis Regijs
clara natalibus,
innocentiã tamen vitæ
longé clarior. Sanctæ
Helisabethæ Filia Re-
gis Hungariæ materte-
ra. Bertoldi, & Agne-
tis Moraviæ Marchio-
num Filia, animi ab-
ineunte ætate mode-

rationem protulit; ad-
huc enim puellula pu-
erilibus abstinuit; &
duodénis Henrico Po-
loniæ Duci á parenti-
bus nuptui tradita, tha-
lami fide sancté serva-
ta, prolem inde suscep-
tam in Dei timore eru-
divit. Ut autem com-
modiús Deo vacaret,
ex pari voto, & con-
sensu

senſu vnanimi, ad ſepa-
rationem thori virum
induxit; quo defuncto,
ipſa in Monasterio
Trebniceniſi (Deo ,
quem aſſiduis preci-
bus exorauerat, inſpi-
rante) Cisterciēſem, de-
vota ſumpſit, habitum:
in eoque cōtemplatio-
ni intenta, Divinis Of-
ficijs, & Miſſarum ſolē-
nijs, à ſolis ortu ad me-
ridiem vſque, aſſidua
aſſiſtens, antiquū hu-
mani generis hoſtem
fortis contempſit.

Lectio v.

Sæculi autem com-
mercia, ni Divina,
vel animarum ſalutem
attingerent, audire, vel
loqui nō ſuſtinuit: pru-
dētiā in agēdis ſic emi-
cuit, vt neque exceſſus
eſſet in modo, nec error

in ordine; comis, alió-
qui, & māſueta in pro-
ximum. Grandem au-
tem de ſe triūphum je-
junijs, & vigilijs, veſtium
que aſperitate, aſtē-
ra carnem mācerans,
reportavit: hinc ſubli-
mioribus florens virtu-
tibus Chriſtianiſ, con-
ſiliorum gravitate, ani-
miquē candōre & quie-
te, in eximium Religioſe
pietatis evaſit exemplar:
omnibus ſe ultró ſub-
jicere, atque viliora præ-
cæteris monialibus ala-
criter munia ſubire; pau-
peribus etiam flexo ge-
nu ministrare, leproſo-
rum pedes abluere, & of-
culari ipſi familiare erat:
neque illorum vlcera ſa-
nie manantia, ſui victrix
abhorrēit.

Lectio

Lectio vi.

Mira fuit eius patientia, animique constantia: præcipue verò in morte Henrici Ducis Silesiæ, sui (quem maternè diligebat) Filij, in bello à Tartaris cæsi, enituit: potiùs enim gratias Deo, quàm filio lachrymas reddidit. Miraculorum denique gloria percrebuit: puerum enim demersum, & molendini rotis allisum, & prorsus attritum, invocata, vitæ restituit, aliaque præstitit, vt ritè ijs Clemens Quartus, probatis Sactorum numero eam adscripserit: eiusdem festum

in Polonia, vbi præcipuè veneratone, vt Patrona colitur, die decima quinta Octobris celebrari cõcesserit: quod deindè, vt decima septima in tota Ecclesia fieret: Innocētius Vndecimus ampliavit.

ORATIO.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de Beatæ Hedviggis festiuitate gaudemus: ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum, &c.

URBIS, ET ORBIS.

Cum Sanctissimus D. N. ad pias preces Serenissimi Regis Poloniae indulserit sub die 17. Septembris 1680. recitari posse quotannis die 17. Octobris officium Sanctae Hedvigis Viduae Reginae Poloniae Ordinis Cisterciensis de Communi non Virginum sub ritu semiduplici ad libitum **IN ECCLESIA UNIVERSALI** ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, tam secularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur, cum oratione, & tribus lectionibus proprijs pro secundo Nocturno à Sac. Rituum Congregatione approbandis: Reservato tamen die 15. Octobris descripto in Martyrologio Romano, quo festum ejusdem Sanctae in Regno Poloniae celebrari solet. Nunc vero eadem Sac. Congregatio supra scriptas lectiones cum Oratione, prout jacent, diligenter revisas, & relatas per Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinalem Casanate approbavit, ac imprimi posse concessit. Die 18. Aprilis 1682.

Cæsar Card. Facchenetus,

Loco † Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secret.

Typis DOMINICI GARNEIRO Anno 1682.

Octubre	
9. Remigio	76
11. Santa Clara	77
13. S. P. de Cantara	113
14. S. P. de Cantara	88 83
4. S. Rosa de Lirio	115
24. S. Ursula	157
13. S. Eduardo	162
17. Hedwigij	176

Novembro

19. S. Isabel R. de Lirio	84
26. Omnium Sanctorum ad. Min.	157
10. Felix de Sabia	166

Diciembre

3. S. Juan Xavies	83
4. S. Barbara	164

50

ST. ORBI

Im S...
C...
D...
P...
L...

125
122
120

Handwritten text with large flourishes and loops, possibly a signature or decorative header.

Handwritten text, possibly a name or title.

Handwritten text, possibly a name.

Handwritten text, possibly a name.

Handwritten text, possibly a name.

Handwritten text, possibly a name.

Handwritten text with large flourishes and loops.

Handwritten text, possibly a name.

Handwritten text with large flourishes and loops.

Handwritten text, possibly a name.

Handwritten signature or initials, possibly "J. M. L."







1413/15

51575